

HEROIDUM EPISTOLAE
PUB. OVIDII NASONIS,
Et Auli Sabini Responsiones.

Cum Guidonis Murillonii argumentis, ac Scholiis.

His accesserunt Ioannis Baptistæ Egnatii Observationes.







NEAPOLIS,
Ex Typographia Iacobi Raillard. 1705.
Superiorum Permissu.

CLARISSIMO VIRO
FRANCISCO CAMPOGIRAVLDO,
Merita Sacratissimarum Legum laurea decorato, Musisque politioribus ornatissimo,

GUIDO MORILLIONIUS,

Cum omni observantia. S. D.



ETERES illi, quorum auctoritas cum sapientia ad hac nostra usque tempora provecta est, Francisce nobilium eruditissime, nō minus doctè, quàm eleganter tres Gratias (quas Graci Χάριτες vocant) ita depingebant, ut una earū velut à nobis profecta, aversā faciem teneret, reliqua verò dua nos aspicerent: quo quidē exemplo movemur, accepti beneficii nunquam immemores esse debere: verùm illud aliquo cū fœnore rependere. Ego itaq; priscos amulabundus, cū atteniusculè mecū pensitarem quantū in me tua benignitas cōtulisset, ne id in ingratū projecisse videaris, exigua compensatione, ut saltem aliquo argumento animum nostrum, tuis beneficiis penè obrutum, tantillum levare constitui. Idcirco cum Superioribus diebus à Dialecticorū maandris mentē relaxarem, sacrum illud musarum diversorium repetens, in Heroidas illas Ovidianas fortè incidi, dij boni quàm multiplici eruditione refertas, quàm lepidissimis salibus concinnatas. Omne tulit punctum (ut inquit Flaccus) qui miscuit utile dulci. Quod quidem aut nemo, ut puto, aut noster hic Naso est assecu-

tus: qui ita seria mellitis figmentis, figmenta seriis miscet, ut satis nescias, plusne utilitatis, aut voluptatis præseferat. Quòd cùm nunquam egregiè fecerit, in epistolis præsertim singulari quodam modo mihi fecisse videtur. Verum enim vero seu temporum injuria, seu (quod veriùs crediderim) librariorum incuria, tam multijugis mendis, tam monstrosis erroribus scatebant, ut nemo, quantumvis mitis, in ipso statim limine non stomacheretur. Quare me operæ pretium facturum existimabam, si illas nostras asteriscis, transverso calamo, illinerem, atque ut emendatiores, examinatiores, libratioresque haberentur, elaborarem. Etsi onus supra vires, malebam tamen audentior videri, quam mansuetioribus musis stupore, atque marcore squalentibus pro nostra virili operam non præstare. Quapropter curans illas non tantum tersas, emunctasque reddere, verùm etiam nostris argumentis, celebrisque in marginibus annotatiunculis, novitiis literarum tyrunculis pervias reddere, ut si quid nobis ob id deberent, tibi tanquam auctori gratulabundo animo acceptum referrent. Accipe igitur, Vir circumspectissime, hasce quantascumque ingenioli nostri primitias, quas tibi liberalissimo patrono dedico. Res est lentuscula: nec inficior: verùm (ut Plinianis verbis utar) & diis lacte rustici, multaque gentes supplicant, & mola tantùm salsa litant, qui non habent thura.

Quidquid id sit, dii faxint, ut si mea erga te observantiæ pignus sempiternum. Vale præsidium, & dulce decus meum, Guidonemque tuum in eorum numero adscribito, qui te colunt, & venerantur.

Ety-

Etymologia hujus vocabuli, Heros.

Quoniam Nasonis Epistolæ Heroides inscribuntur non alienum à proposito visum est hujus verbi Hero Etymologiam, sivè significatum prælibare. Audiatur itaque Divus Augustinus, copiosissimè docens, quid sint Heroes lib.10. de Civitate Dei, his verbis: Nomen Heroum à Junone dicitur tractum, quod Græcè Juno Hera appellatur, & ideò nescio quis filius ejus secundùm Græcorum fabulas Heros fuit nuncupatus. Hoc videlicet mysticum significante fabula, quod aer Junoni deputatur, ubi volunt Heroas cum dæmonibus habitare, quo nominè appellant alicujus meriti animas defunctorum. Idem 7. Inter Lunæ gyrum nimborum, ac ventorum cacumina aerias esse animas, sed eas animo, non oculis videri, & vocari Heroas, & Lares, & Genios. Trimegistus quoque auctor est, Heroas habitare inter aeris purissimam partem supra nos, & terram, ubi nullus est nebulis locus. Minimè prætereundum est id, quod Martianus Capella tradit in Nuptiis Philogiæ, Heroas videlicet ab Hera, quæ terra dicitur, esse nuncupatos. Hinc Heroides fœminæ clariores, quales sunt Heroum uxores, & filiæ. Ex his igitur liquidò claret, quid sint Heroes, & unde dicantur.

Poetæ intentio, & quid frugis afferant Heroidum Epistolæ, nec non cui parti Philosophiæ debeant supponi.

Publius Ovidius Naso Sulmonensis, ingenii ubertate, & verborum copia, teste Fabio, Latinos Poetas longè præcellens, hoc in artificiosissimo opere cum quodam divino ingenii sui calore piæ, & fidelis uxoris officium, ni fallor,

 osten-

ostendere intendit narrando diversos amoris affectus, ut illas, quæ castè, & quæ impudicè suos maritos amant, apertè noscamus: in aliis enim casti amoris pietatem extollit: in aliis verò libidines, atque incontinentissimos amoris æstus subindè taxat. Itaque (ut duas pro reliquis accipiamus) Penelopes castitatem ad imitationem, Phædræ verò incestum amorem ad detestationem proponit. Propterea opus istud non immeritò morali Philosophiæ (quam Græci Ethicen vocant) supponi debet, quando quidem, & mores hominum, & vitia docet, non enim aliud nobis amantium querimoniæ, lamentationes, ultimæque desperationes clamitant, quàm ut suis exemplis cautiores effecti, vetitos, indecentesque amores devitemus. Et profectò, quamvis Ovidius in nullis aliis voluminibus amoris affectus ardentiùs expresserit, quàm in Epistolis: nulla tamen lubricitas, nullaque lascivia (si modò æquum sortiatur interpretem) invenitur. Contextus autem humilis, atque facilis, utpotè elegiaco carmini peculiaris, nec propterea minùs florentissimus. Nemo est enim usque adeò languidus, usque adeò jejunus, qui non aliquid deliciarum, atque argutiarum illinc hauriat: nullus insuper tàm frigidis præcordiis, cui non se offerant fæcunda ad excogitandum adminicula. Denique non existimo aliquem tàm cervicosum, tàmque durum, qui minima Epistolarum prælecta, non statim concipiat similis conscribendæ copiosissimam farraginem, quod planè percipiet, qui Heroidas vigilantiori studio coluerit.

JOAN-

JOANNIS BAPTISTÆ EGNATII VENETI,

In Heroïdas Ovidii, Sappho, & Ibin, Obſervationes.

EX PENELOPE.



IVE quis Antilochum, ex Politiani Miſcellaneis hoc expendito.

Hic lacer admiſſos. Quis non videt admiſſos equos, Hectoris laceri legendum? cùm vox ea, admiſſos, celerem Ovidio, Valerio, & reliquis ſignificet, magno eorum errore, qui amiſſos legũt. Ovidius certè ipſe in Faſtis: Et celer admiſſis labitur annus equis. Et item, Hanc quondam Cytherea diem properantiùs ire juſſit, & admiſſos præcipitavit equos. Et in Phyllide: Et ſacer admiſſas exigit Hebrus aquas. Quin, & Galerius de Fulvio, Admiſſo, inquit, equo, Theanum contendit. Quæ vox inde videtur eſſe ducta, quod adjunctis equis celeriùs iter conficimus.

Retulit, & ferro Rhæſumque, Dolonaque cæſos.

Mirum eſt, cùm adeò pateant Heroides Ovidianæ, hactenùs ſyllabam claudicantem in hoc verſu non animadverſam, cùm Dolon ubique primam corripiat. Vt,

Auſum eadem quæ nos Phrygia de gente Dolona.

Quare addenda fuit dictio, quæ *Hom.*

ὄυδε πίσιν Τρώεσι δ'ιόλως διμήδεος υ'ιός

Quid tibi Piſandrum, Polybumq; Me'onataque dirum,

& hic etiam addenda copula fuit, cùm Medon, & ipſe corripiat primam.

EX PHYLLIDE.

Torvusque proustus, non, procustes, ut ἀπὸ τοῦ προκρούειν id est impellendo veniat.

Cressa relicta. Alii omnes, puella: nos ex manuscriptis codicibus, Cressa relicta, emendavimus: in quo verbo, & gravius πάθος esse videtur, & acrior Phyllidis accusatio.

EX BRISEIDE.

Bis sex assuti. Omnes alii codices, bis septem: nos ex Homerica Rhapsodia, bis sex: in qua Phœnix sic Achillem alloquitur.

ἄπινω δελεβήτασε εἴκοσι δώδεκα δίππυς
πῆτυς ἄτλεφερυν οἰκετλία πσάσιναρόντο.

Inter Ochaidas longè pulcherrima matres.

Mirum videri potest versum hunc, cùm tamen hactenùs claudicarit, non esse etiam ab his, qui doctissimos se putant, animadversum, cùm hactenùs aut corruptè legerint, aut corruptiùs emendarint. Nos, Achaiadas, non refragante Græcorum veterum forma, & usu, quadrante etiam syllaba, emendamus, nec nescio ab Achaa ἀχαίος deduci, quod vel ipse Hom. Rhapsodia.

Τῶ πεποιες κακελέγκε ἀχαιΐδεες ὗκε τακαίοι.

Qui tamen versus admonere negligentissimum quemque poterat, carmen Ovidianum non ità legi posse; quare syllaba non repugnante, Achaiadas leges, ut apud Theocritum emendatis codicibus in Helena Epitalamio,

ἦδε ἄσχαια δῶκ γαῖαν πάτες, ὑδεπιάλλα.

Callimacus in Delon,

ἄλλοτ' ἀγαΐδες μὶν ἀκηρησαν το πολίες

Sed de hac nominum forma in Sapphus epistola plura, cum de lapsu eorum, qui non minùs docti, quam diligentes videri volunt, agetur.

EX

EX PHÆDRA.

Eleleides acta. Omnes ad hanc diem eleides, in quo nescias utrùm magis accuses negligentiam hominum, an inscitiam, an potiùs utrunque. Quis enim non videat versum si Eleides leges, subsultare? Iàm Bacchi nomen Eleleus, non Eleus erat: quod Ovidii auctoritas Metamorphoseos sexto probet, Nyctileus, Eleleusque parens.

Quod nomen Apollinis etiam esse Macrobius prodidit, dictumque illud, ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν quod aeterno scilicet motu circa terram volui videatur, jam Euripides, ἥλιος πρώταις ἱπποῖσιν εἱλίσσων ἀτενὸς πολλυώρος. nec vera minus Empedocles de illo,

ὑγρὴ ἑλιὰ τε μεσάν υ'ρανον' ἀμοφι φόλατει.

Sivè igitur à volutione hujuscemodi, sivè ab Elele bacchantium voce, (nam etiam à sonis Bacchum dixere, & Bronium, & Iacchum) sive, & ipse qui, & Apollo sit è ratione illa perpetua dictus, Eleleus est, unde Eleleides quoque facta sunt, aliter versus legi nequaquam possit.

EX OENONE.

Depreßa est humili cana pruina casa. Sunt qui defensa legunt, qua ratione dixit Virgilius defendere teneras myrtos à frigore, & defendere frigus tectis, ut Gellius etiam ex Quadrigarii Annalibus observavit.

Ad fontem Xanti versa recurret aqua. Iam illud proverbium Græcis usurpatum frequens innuit, dubio procul, quod illi ἀνωποτάμον Ex Euripidis jambico in Medea, sic enim chorus,

ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί

Unde etiam Horatius, Quis neget arduis Pronos relabi poße rivos, montibus, & Tybrim reverti? Cicero quoque

in

in Epistolis ad Atticum, principio tantùm Græci versus usus adagii hujus meminit.

Polydamanta roga. Ex imitatione Homerica, & hic, & alibi, ne syllaba subsultet, legimus Polydamanta quemadmodum, & Pulypus, licet alii Pulydamanta, & Polypum, ut sit omega, scribere malint.

Ipse repertur opis vaccas pavisse Pheraas.

Fertur. Callimachus diversam ab aliis causam servitii canit, cùm scilicet Admeto Apollinem servisse prodat, quod adolescentis amore captus esset, atque ad emerendum ejus amorem gregem ab eo pastum.

EX HYPSIPHILE.

Non hæc Æsonides, sed filia Phasis Aete, Dubitavi sæpè anteà quæ maximè probabilis esset hujus carminis lectio, an hæc ipsa, quam ipsi reliquimus, an quam alii substituere, Phasias Aeta legentes, tum in Medea, ut Aetam bisyllabum fecerint. Ego ut contractionem illam male etiam ab his scriptam nō hactenùs legere memini, sic malim trisyllabum servare, ut diphthongus illa corripiatur sequenti vocali: quod & Græcis, & latinis nostris est peculiare in duabus scilicèt dictionibus: cùm uno enim terminatur diphthongo, & subsequens a vocali incipiat, corripitur diphthongus, natura precedens, alioqui longa. Ut, Insulæ Ionio, ne Græca item, & Ilio alto & Pelio Ossam; sed & in eadem dictione Virgilius cùm dixit: Sudibusvè præustis, diphthongum corripuit. quin, & ipse Ovidius in Metamorphoseos 7 Quos ubi viderunt præ acutæ cuspidis hastas. Tametsi sunt, qui legant, peracutæ. Verùm hoc Ausonii nullus invertere possit. cùm ille in Protreptico ad nepotem scribens, hoc versu ità laudat: Te praeunte nepos modulata poemata Flacci. Adde quod vix legas, nisi memoria

moria me deficit. Aetam bisyllabum; nam ille versiculus ità legitur in vetustis codicibus, Dissimilemque animum subdiit Aeta relictus; & paulò post Ovidius, Cùm rapido fallax Aetias igni imponit purum laticem. Et Medea, Non erat Aetes, ad quem despecta veniret. Et iterum, Non senis Aetes regia Lennos erat.

EX DIDONE.

Pœnas violate Sichai, sunt qui Sicheo malint.

Mille procis placui, qui me cojere frequentes:

Videndum an desit, in praepositio, vel quid simile, ut in me cojere, legas.

Sceptraque sacra tene. Alii, sceptra sacrata: nobis vetus lectio displicere non potest: & alioqui codices omnes manuscripti ità habent.

Nec steterunt. Ea forma, qua Virgo steteruntque comae, Terentius, emerunt.

Certiùs tibi. Sunt qui serviùs malint.

EX HERMIONE.

Sit jam tangit Oreste. Alii pia tangit, alii nunc.

Induit illa partem. Accuratiùs observandum censeo, quid illud verbum induit, sibi hic velit, nam interpretes ganniunt.

Diffundimus iram. Et hinc facilè apparet, diffusiones dierum esse legendas apud Jurisconsultos, & Gellium, non diffissiones quod quibusdam placuit, ut improbè faciant, qui immutare veteres lectiones audeant.

Quà duo porrectus longè freta destinet Isthmos,

Vecta peregrinis Hippodamia rotis.

Duo sunt advertenda, & quod malè codices omnes habent, detinet, cùm destinet dubio procul legẽdum sit: quod qui-

quivis vel mediocriter doctus advertat: & quid sit illud: quod externas rotas in Hippodamia hic dicat Ovidius, Nos rem eruditis etiam non paucis ignotam brevi explicabimus, ex Pindaro in primis & Apollonio, qui cum Interpretibus suis prodidere, Hippodamiam inter currendum certabant esse vectam: unde, & in hoc loco peregrinas rotas Pelopis currum intellexit, quo donatus ille à Neptuno est in amoris olim compensationem.

EX DEIANEIRA.

Se tibi pax terra. Alii codices, pars terra, habebant. Nos ex manuscriptis codicibus pax restituimus.

Theutrantia turba, non, Thestiia, aut Thespica legendum esse facit; cùm illud à Politiano inventum, tùm etiam quod Stephanus Theutrantem patrem facit, à quo Theutrantia turba jure Thespiades appellata.

Una recens crimen refertur adulter. Nos, syllaba refragante, quandoque refertur, nunc verò diligentiùs examinata re, defertur legendum censemus, quod proprie id verbi significatum, sit unde, & delatores: sed & codex unus manuscriptus, defertur habuit.

Inter Ionicas. Alii Maoneas inter, reclamante codicum fide, ex quorum auctoritate lectionem ita restituendam admonere Lectorem voluimus.

Scilicet immanes elisis faucibus hydros,
Infantem, & caudis involuisse manum.

Multis erroribus versiculi hi duo fedati anteà erant, qui tamen ita restituendi, ut arbitror, fuerant: sic tamen hoc integrum lecturis.

Quodque inter lævumque latus, dextrumque lacertum.

Habitam compressi ab Hercule Antæi his verbis expressit Ovidius, ut malè emendasse videri possint, qui lævum-

vumque latus, levumque lacertum, legerent.

EX ARIADNE.

Semisepulta. Codices omnes semisopita præseferunt, reclamante tamen syllaba, nam sopire semper primam producit; ut apud hunc ipsum infra Medea: Quæ me non possum, potui sopire draconem: & Hypermenestra, Dum petis amplexus, sopitaque brachia jactas. Tametsi sopor corripiat, quare semisepulta libentiùs eodem sensu legerim.

Nec facta tulisse, emendavimus, cùm hactenùs omnes codices nullo sensu, tulisses, haberent.

EX MEDEA.

At tibi Colchorum. Alii, Ut, legunt, sed quo sensu, ipsi viderint.

Cur unquam Colchi. Quis non videat hoc totum ex principio Medeæ Ennianæ deductum? Ancilla enim Medeæ apud Euripidem, & ex nostris Ennium, sic fermè cœpit: versus autem notiores sunt, quam ut à me sint huic loco inferendi; odiosa enim omnis ostentatio, præsertim ubi magnitudo res non excuset.

Excipit hospitio juvenes, Æeta relictos. Et in hoc versu addidere quidam. Pater ut bi;yllabum Aeta facerent, cũ tamen trisyllabum sit, ut paulò post in eundem hunc sensum: Dixerat Æetas adde quod malè etiam scripserint, dum Oetam scribunt; sic enim montis est nomen.

Ut vidi, ut perii. Alii, Et vidi, & perii, mihi ex Theocriti, & Virgilii imitatione hoc probabiliùs est, visum, magisque poeticum.

Hæc animum, & quota pars etiam movere puellæ. Pudendo errore addiderant, & legerant omnes possent movere, qui non videbant saltem obstare syllabæ quantitatem, si

mo-

movere perpetuum facerent modum. Quare nos ex perpetuo perfectum fecimus, sensu, & syllaba quadrante.

Aut nos Scylla rapax. Quid est quod Scyllæ meminerit, quæ adeunda illis ex Ponto redeuntibus nequaquam erat? an errore muliebri, & animi mœrore quid dicat, nescit? an Ovidius id innuit: Argonautas mari iactatos, quod Græci etiam Poetæ quidam cecinere, ad Africæ littus appulisse, ut vel inviti Scyllæ, Charibdisque vertices subierint.

At subitò nostras ut hymen cantatus ad aures,

Quid alii senserint hoc verbo, quod ad syllabæ moramentum attinet, haud quaquam nos fugit, mihi tamen probabilior eorum est visa ratio, qui syllabam hanc corripiendam esse crediderunt: unde, & ex vetustis codicibus, ut, addidimus, & paulò post in altero usu, & particula substituimus, cùm impressi ad hanc diem codicès, Turba ruunt, Hymen clamant, habuerint. Nec verè illis Catullianum carmen faverit, ubi ille intercalari numero videtur quandoque producere, cùm diversam ille secutus sit rationem, & licentior aliquantò in syllabarum spatiis habeatur.

Turba ruunt, & Hymen clamant: Hymenea frequentant. Adeone quosdam esse, vel Grammaticæ rationis expertes, ut non adverterint Hymenea legi nequaquã posse? unde enim ille accusandi casus in ea deducatur? aut quis quarto casu Hymenea dixit, cùm ai os rectus exeat; sed nobilissimi saltem Poetæ testimonio admoneri poterãt, qui in libris de Ponto sic scribens ad Maxim. cecinit: Ille ego, qui cecini vestros Hymaneon ad ignes. Verùm in Ibin de hoc, hisque similibus alia: nam non scribimus iustum nunc opus, sed admonere tantum Lectorem volumus. Alioqui, & Hypermnestra, Vulgus Hymen Hymenea vocant. Et Catullus, Hymen, o Hymenea Hymen.

EX LAODAMEIA.

Linguaque mandantis. Sic emenda, cùm hactenùs *mandatis*, legeretur.

Dux pari. Ineptum, & perridiculum est, quod opici quidam, & malè initiati literis, *Dispari* ex Homerica Rhapsodia supponendum contendere.

Quem non violavimus ignem. Non faces ab Ovidio pro igne intelligi subsequens versus segnissimum quemque admonere poterat, sed eum ignem, quem cum aqua à nova nupta tangi moris erat, Plutarchus in Problematibus, & alii: nam, & quinque faces adhibebantur, quemadmodum panis cum aqua in eisdem nuptiis. Dionysius Alicarnasseus.

EX HYPERMNESTRA.

Quid Io freta longa pererras? an hic, ut in ibi, primam hujus dictionis corripuit? an verò vox est exclamantis?

EX PARIDE.

Sed Nymphis etiam curaque, amorque fui. Quid est, quod Nymphis curam se fuisse dicit? quod alias præter Oeonem amarit.

EX ELENA.

Militia est operis altera digna tui. Sic enim libentiùs legerim.

EX HERONE.

Leandre. Tu vide, ne ubi producitur prima syllaba Græcorum de more *Leiandre* sic scribendum.

EX ACONTIO.

Et Thetidis quales vix reor esse pedes. ἀργυρόπεζαν Thetin ex Homeri Rapsodia innuit.

Ma-

Maeror interdum. Grammatici quidam, dum macerari verbum in prima correpta pronuntiari posse contendunt, versiculum hunc ingeniosissimi vatis contaminaverunt, non advertentes inversum esse verborum ordinem, & sic restituendum, ut nos emandavimus.

Si generosa probaris. Sunt qui probatis malint, ac si dicat, tu, tuique omnes probatis stemmata in conjuge.

EX CYDIPPE.

Tunc mea difficili. Sic legendum, non difficilis, quando melius dicatur. Navem deductam difficili aequore.

His tamen adverso vide, ne legendum sit bis, ut significet Cydippe non semel ventum adversum fuisse.

Miror, & innumeris structam de cornibus aram.

Non ego hoc loco plura, quam quae Politianus de arta Delii Apollinis ex cornibus facta frequentibus, addam. Ad illum diligentem Lectorem relegamus.

Et de qua pariens arbore nixa dea est Oliva, Palmaeq; arborem, cui Latona pariens innixa est, innuit ipse in 6. Metam. Illic incumbens, cum Palladis arbore Palma. Sed Plutarchus fontium facit haec nomina, objectaque Latona draconis specie praecipitasse sese de saxo territam. Graecis haec Auctoribus cantatissima sunt. Satis nobis est digito fontem quaerere, volentibus, ostendiße; nihil enim ineptiùs, aut frivolum magis censeo, quàm ubi in puerilibus ostendere ingenium, aut eruditione velis.

In laevum versor, cùm vocat ille, latus. Iam quis non videat legendum laevum, non dextrum? si quidem decumbentes, dum aversantur eos, qui invisunt, in laevum reclinent latus, neceße est.

Mirabor quare tibi nomen Acontius esset. Si Euripidis illa in Polynicis nomine interpretatio jure irrisa, explosaque

que est à doctis; nescio an hac probari Ovidiana satis debent. Cum in ejus nomine laudat Cydippe, quasi jam inde à puero sortiri nomen hoc potuerit, quod in illam jaculaturus esset amoris faciem: ἀκόντιον enim Gracis jaculum. Sed hac quandoque Poetis usurpata, in earum prasertim personarum servando decoro, quas minùs prudentes, peritasque introducunt.

Teque tenente deos. Omnes hactenus Deo, nullo, nisi fallimus, sensu.

EX SAPPHUS EPISTOLA

EGNATIUS LECTORI.

Contulimus olim in hanc Epistolam aliquando plus industria, ac cura, tùm quod cateris corruptior hac erat tũ quod tametsi cum reliquis ab Ovidio scripta videtur: illam tamen doctissimus quisque ità semper admiratus est, ut secernendam ab aliis censuerit, ac si inter illos minores patritios allecta, communem sortem non ferat, eminereq; statim inter cateras debeat, quare, & Calderinus, & ante illum Merula, veluti in Olympico stadio celebres athleta non citrà pulveris (quod ajunt) tactum desudarunt, & ut coronam reportarent, contenderunt, ac si Pythia illa, ac Nemaa, vel si qua alia in terra Gracia celebrabantur olim non veram, cumulatamque victoribus gloriam afferrent. Et sanè ut illa sacra quidem omnia erant, & Olympicus agon, vel Jovis majestate, vel Herculis, qui primus instituit, auctoritate, vel etiam loci magnitudine, ac claritate catera terra Gracia prastabat, ita hac epistola tametsi cum reliquis scripta sit, & auctoris ipsius majore quodam studio, & persona, quam sustinet, gravitate, &

eventu maximè memorabili digna semper est visa, quæ, & principem sibi locum vendicaret, & majorem diligentiam exposceret, in qua si à viro inprimis erudito, ac studiis nostris optimè merito dissentire in paucis videbor, ignoscet ille cum cæteris, cùm in non paucioribus illum, & sequar, & laudem. Utinam quam ejus literas, ac stud um æmulatione multorum digna judico, tam possem, & cætera his æmulanda proponere.

Sappho Phaoni. Non ingratam tibi, Lector, futuram tabellam existimo, non animadversam ab utroque Commentatore, quam primo adolescentiæ nostræ tyrocinio ex Græcis Scriptoribus in racemationum nostrarum capite vulgavimus. Tu, si vacat, inde eam pelas.

Nunquid ubi. Alii, ecquid, ut, emendarunt, sed ipsi viderunt; mihi vetus lectio non immutanda est visa, ubi præsertim auribus illa obsequatur magis, & consensu etiam probetur eruditiorum.

Elegeja flebile carmen. Et hæc lectio mihi semper visa probabilior, quam elegi verbum, aut elegi quoque, quod substituere quidem id quod inconcinnum, absurdumque videtur, nec ingenio Poetæ congruens. Qua autem ratione fiat, ut syllaba ea longa sit, & auctorum usu probatur, & a ratione non abhorret.

Nec mihi Pyrrh. . . . subeunt Mnaisve puellæ.
Nec me Lesbiadum cætera turba juvat.

Neque accusare quempiam est animus, nec tantum mihi assumo, ut si quid alii diversum à me senserint, id ego statim ad invidiam meam traham, sua cuique placent. Ego mea ut non multum admiror, sic ubi meliùs nihil habeo, non facile contemnere, aut damnare soleo. Illud tamen in bonam partem dictum ante accipiant velim, quod immutarint lectionem, totamque inverterint, non

ma-

maturos fuisse, si rē consideratiùs expendissent. Qui enim quæso, Pyrrhiades à Pyrrha, aut à Methyma Methymniades deduci possunt? aut unde hæc tam insolens, tamque absurda deductio? dicimus quidem Lesbiadem, Pelasgiadem, Acheiadem, Heliconiadem, & cætera id genus; sed ut ratione non careant: non tamen Pyrrhiadem, Methymniadem, non magis quam Mitylenìadem, Romaidem, aut Chyrrhiadem, quod nec usus, nec ratio patiatur, unde enim patronymicum hoc muliebre formatur, aut quomodo? si enim Pyrrhæus, ut Methymnæus est nomen possessivum, ut sunt; nullo pacto poteris inde hoc patronymicum deducere, aut enim Pyrrhæas faciet, aut per dissolutionem Pyrrhaias. Utrum autem dixeris: & duriter, & insolenter id deduxeris; quod si Pyrrhæades legeris, syllaba claudicet necesse est. Nos igitur à veteri stabimus lectione, examinent illi rem totam, ut ingenio excellunt, & eruditione præstant, facile, ut opinor, recantabunt.

Quas hic sine crimine amavi. Non displiceret ea lectio, quam astruxere. Quas non sine crimine amavi, sed interim ampliari judicium postulo.

EX SAPPHO.

Nec me despicias, si sim tibi corpore parva,
Mensuramque brevis nominis ipsa fero.

Diversa longè est lectio, quæ nunc circumfertur, scilicet

Sum brevis: ac nomen, quod terras impleat omnes,
Est mihi: mensuram nominis ipsa fero.

Sed vos errorem tellure. Alii, O vos errorē, vetus lectio,

Nec vos errorem telluri admittite nostrum,
Nisiades matres, Sicelidesque nurus.

Alii, Nisiades matres, Nisidiadesque nurus: ut sit geminatione jucundiùs carmen.

Tu quoque quæ immites celebras. Alii sic emendarunt, Tu quoque quæ montes; Sed viderint illi, ne montanum, ac subagreste quid aboleat hæc emendatio.

Non Arabum noster rores capillus olet.

Alii, Non Arabum, noster dona capillus olet.

Non ut amas ore, verùm ut amare sinas.

Sic corriges, quemadmodum id, quod sequitur.

Admonuit quamvis. Alii admoneat.

Per tibi qui numquam longè discedat amorem.

Alii omnes, discedit; nos ex affectu optantis fœminæ illum modum substituimus, ac si dicat, qui ut nunquam discedat, & abeat à me, opto.

Postquam se dolor immunit, mea pectora planxi.

Alii, nec pectora plangi, ubique tamen Ovid. priori verborum forma hanc sententiam contexuit, ut Canace, Exieram thalamo, tunc demùm pectora planxi. Et Medea, Protinus abscissa planxi mea pectora veste. Adde, quod vix dicatur, nec puduit plangi pectora, sed plangere ut exululare.

Frondibus, & nulla dulce queruntur aves. Ubi olim mille, nullo sensu, emendabis nulla. Aliter, & syllaba nutet, & sensus non quadret.

Grata priùs lacrymas cùm bibit herba meas. Omnes hactenus, combibit, legere: mihi cùm bibit, non displicet: ut hic planè sit sensus, incubuisse se in locum frequentiùs, ubi ante jacuerant, cùm interim herba, locusque ante illi gratus excipere suas lacrymas, quæ fluerent ad Phaonis memoriam. si quis tamen, & combibit, probat, non ad modum repugnem.

Sola virum, non ulla priùs. Emendabis pie. Priùs enim cassa vox semper est, ac nihili.

Est nitidus, utroque magis perlucidus amne Fons sacer

Alii

Alii aliter, Est nitidus, utroque magis perlucidus amnis.

Una nemus. Quid enim sibi velit vetus lectio, non video. Unda nemus, quando & Domitius jam ante id agnovit sensus una exposcit.

Ante oculos visa est Nais adesse meos. Non possum non admirari tantam lectionis veritatem in codicibus deprehendi; vetus enim lectio sic fermè habet.

Formosus puer est visus adesse mihi, tunc alii diversè legunt. Constitit ante oculos Naas una meos, ubi miror quid sibi velit hoc nomen, quod quidam legunt per ypsilon manuscriptus codex noster sic habuit, ut emendavimus, quam igitur malint, eam sequantur. Illud testari possum, veteri si lectioni steteris, dissentire à sese Ovid. qui statim non ad cupidinem, sed ad Nympham, id est, hanc Najado conversam Sappho faciat, cum inquit, Ibimus, ò Nymphe; quo in versu gravis insederat error, ut Nymphas alloqui viderat, cùm Najadem Nympham, quæ oculis objecta illi fuerat, alloquitur, & sic Nymphæ vocandi casus erit; Græcorum more, unitatis numero.

Nec mora jussus amans tenuit lectissima Pyrrha
Pectora, Deucalion igne levatus erat.

Admonuimus jam alias varietate lectionis incredibilem deprehendi in hac epistola: nam quidam adeò diversi abeunt, ut nec verba, nec sensus cum veteri lectione conveniant, mihi non tantùm animi fuit, ut tantam immutationem admitterem, integrum relicturus aliis, qui magis illi probaturi sint. Alii igitur fortasse non male.

Nec mora, versus amor fugit, lentissima mersi
Pectora, Deucalion igne levatus erat.

Ibimus ò Nymphæ. Vocandi casus est unitatis numero, & Græco more enuntiatus.

Grata liram posuit tibi. Phœbe, poetica Sappho. Domitius,

tius, & alii Poetica Sappho (ignoscant illi) tam perperam legunt, quam malè interpretantur. Nemo enim nescire potest, qui vel Græcis elementis imbutus sit, non dici substantivè unquam sic Poeticam; dicimus enim Poeticam artem, ut Horatii ars Poetica, sed Poetriam muliebri generis ut Poetam, quod Græcis in primis peculiare est. Nomina namque hac forma apud illos multa; ut ψάλτρια, μαθήτρια, ποιήτρια.

Lesbides æquoreæ, nuptaque proles.

Sic omninò meliùs, ut illud etiam, quod sequitur, amata potiùs, quam amare.

Me miseram dixi, quem modò penè meus. Malè vetus lectio quæ, nos verò quem alii quam.

Ecquid ego hac preeibus? Alia lectio, Ecquid ago precibus.

Puppique tuæ votiva paramus. Quis non videt, etiam reclamante codicum fide, legendum Paramus, non Parantur, ex amantis affectu? significare enim voluit nuncupata à se ipsa vota pro Phaonis reditu.

Non tamen jnvenies, cur ego digna fuga.

Hic versus per parenthesim omninò legendus est.

Hæc sunt, Bertuti optime, quæ à nobis summo studio, ac diligentia in hanc epistolam jampridem elucubrata, brevissimè, uti vides, complexi sumus, tu, ut spero, non parum voluptatis jam ex hac lectione capies, cæteri etiam emolumentum, quando Epistola omnium elegantissima, jam nunc legetur, ut intelligi possit. Quin etiã, & Domitio ipsi, viro planè erudito, & in hoc commentandi genere facilè principi, & non parvam opem attulimus; quippe, qui labores hominis partim neglectos, partim etiam fœdatos ità restituimus, ut ipse cum suo Nasone percipi tandem queat. Nam præter alia sanata ulcera, Græcæ

om-

omnia, quæ desiderabantur, testimonia subtexenda in ejus commentariis curavi. Bene vale, nec quæ alii nuper emendarunt, contemne; multa enim in illis bonæ frugis invenies, ut industriæ illorum non parva habenda sit gratia.

IN IBI.

PUgnabunt jaculis, dùm Thraces, Iaziges arcu. In cujus versus interpretatione, lapsum Domitium miror, qui lapides, & legat, & interpretetur, ac si nesciat inter Scithas id genus hominum Ponti accolas ab omnibus, & Geographis, & Poetis annumerari. Quorum testimonia brevitati institutæ studens omitto. Iapides certè nusquam lectum arcu, & sagittandi peritia celebres.

Quique ab equo præceps in Aleis decidit arvis. De Bellorophonte intelligi nulli dubium. Quod verò Aleis arvis, non alienis, erat legendum, admoneri vel Homerica lectione potuerit, qui in ξ ità cecinit:

Ἠ τοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hæc carmina Cic. in 3. Tuscul. ità interpretatus est. Qui miser in campis mœrens errabat Aleis, ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. Qui versus, quod ad Aleos campos attinebat, corruptè ante habuit alienis. Dicti autem Alei campi, ἀπὸ τῆς ἄλης, id est errore: traditum enim est ipsum Bellerophontem, elatum rerum magnitudine, quas gesserat. Ad cœlum volandi cupidum, Pegasi equi aligeri opera usum, id quod molestè Iupiter ferens, asilum immisit Pegaso; quare inde excussus in Liciæ cāpum decidit, qui de continuo errore primus Alei nomen dedit. Quem equum mox Aurora à Iove munus accepit continui ejus incursus solatium. Sunt qui aspirent dictionem, ἀπὸ τῶν ἀλωῶν Ῥηγνυμένων. Dictus autem Bellerophontes,

illis hostilis gladius salutem attulit, quem Medici sanare nulla ratione potuerant. Hunc Thabe uxor, adjuvantibus conſciis tandem interemit.

Aquas occultas. An fortè Alpheum fluvium prater-labentem intelligit, qui subter mare in Sicilıam lapſus, Arethusæ fonti ſeſe immiſcet?

Utque vel Euridamas. Hic Medus ex Homeri interpretis testimonio fuit, qui circa Trasillis fratris tumulum à Simane Lariſſæo tractus eſt.

Unum qui toto corpore vulnus habet. Sic & ipſe in Metamorphoſi de Marſia, Nec quidquam niſi vulnus erat.

Utque Dryantide. Licurgum innuit, ut puto, Dryantis filium, quem μονοκρήπιδα *Græco epithete appellatum inveni, quod in altero tantùm pede calceum haberet; hunc Homerus à Jove lumine orbatum cecinit, quare quod altero pede læſus eſſet, cultum pedis diſparem Naſo ingeniosè dixit.*

Thiſamineque patri, Callirhoeſque viro. Qui dubitet Callıgones malè à Calderino legi, fabulamque abſurdè confingi? Tu igitur Alcmaonem, Amphiarai filium, matricidam intellige, qui cùm ad Phegaum Alpheſibœæ patrem veniſſet, ut furore, ac inſania purgaretur, in quem ob matris Eriphiles necem inciderat, Alpheſibœam dato priùs illi Monili, in uxorem purgatus accepit. Inde profectus, Callirhoen Acheloi filiam adamavit. Cumque illa non aliter in nuptas conceſſura foret, quam à Monile accepiſſet, rediit Alpheſibœam Alcmaen, Monileque repetens, à Temeno, & Axione fratribus Alpheſibœæ eſt interfectus, quos ſoror tamen in ultionem mariti necavit. Hoc ipſum Ovid 2. de Remed. Amoris ſic cecinit.

Amphilochi frater ne Phegida ſemper amaret,
Callirhoe fecit parti receptatori. Hanc rem, & in Metamorph.

tamorph.9. prostrinxit; Filia nevè magis capìti sit fœda parentis, Quam tua vel Pterela, vel tua Nise fuit. Cymethonem, Perelæ Taphiorum Regis filiam, quæ Cephali, Amphitryonem in expeditionem secuti, capta amore est, nemo non nosse potest, de qua eadem, quæ de Niso, & Scylla fabulata est Gracia. Illa enim & patrem, & patriam hosti prodidit, absciſſo patris fatali capillo Plautus in Amphitryone, Pterelam ab eo interfectum, solus omnium, quos legerim, prodidit.

Ut quos dux Pœnus Acerranorũ Senatores ab Hannibale per fraudem captos, & in puteum demersos notat Valerius 9. & Appianus Libyco.

Frater ut Antei Busirim eodem Patre natum, quo Anteus innuit, ut Probus noster auctor est in Georg. Qualis autem fuerit Busiris tutius est silere; quam ut pluribus explicare debeam.

Ut Schinis, & Sciron, & cum Polipomene natus. Hic & Procrustes cognomento dictus est. Filius, & Ceris. Pluton ex Iasio gentium, & Cerere, Hesidorus cecinit in sua Theogonia, cujus nomine divitias, & opes Græci appellant, nam πλοῦτος divitiæ. Cæcus ab Aristophane in fabula Pluto dictus, quod rarò ad bonos viros adeat.

Solaque Limone. Hippomenis filia, de qua supra, Limonem appellavit: quod fame, quæ λιμὸς a Græcis dicitur, cùm equo à patre inter domum inclusa perierit, qui postea locus Athenis ipsa puellæ, & equo nomen habuit. De hac Ælianus 14. omnimodæ historiæ sic scribit. Hippomanes unus ex his, qui a Codro originem ducebat, cũ calumniæ impatiens esset, quòd filia Limone adulterium commisisset illum quidem cum filia currui alligatum, dilaniandum curavit, filiam verò cum equo domi inclusit, quoad fame periit. Unde Græcis proverbialis locutio,

Hip-

Hippomene magis impius Diogenianus.

Lyrnesius Heros. Quid si Cygneius legatur, & Tenes, unde Tenedos Insula dicta, arce à patre inclusus intelligatur? De Tene autem, & securi Tenedia plura aliàs.

Vt satus Hippomoo. Diximus Belerophontem ante Hipponoum appellatum, ut meliùs & hic Hipponoo, qualiscunque hic sit.

Quique Lycurgidem lætavit, & arbore natum,
Idomanaque audacem, tè quoque rumpat aper.

Tres hic intellexit Ovidius ab apris occisos, & primum quidem Ancaum Lycurgi, & Antiroes filium, de quo sic Apollo;

Τριτος νὲ μοῖς ἐσπέτησιν
Αγκαῖος τοῦ μὲν ἐα πατὴρ λυκυρ τοσπέμψε,

Hic verò ab apro Calydonio in summo inguine percussus cecidit. Ovid. 8 Quaque est via proxima letho. Summa ferus geminos direxit ab inguine dentes, Concidit Anceus. Alter verò est Adonis Cynaræ ex Myrrha filia genitus, quem fabulantur intra corticem matris jam in arborem Myrrham mutatæ, educatum, & suo tempore inde emissum. Nam Idmon Asteriæ, & Apollinis proles apud Mariandinos ab apro necabatur, clarus præcipuè vaticinio. Huc tamen Baldus morbo periisse prodidit in quinto. Quid est autem, quod audacem Idmona vates ingeniosissimus appellat? An quod cùm sciret in expeditione illa se moriturum, certæ morti pro laude sese exposuit? quod summæ audaciæ censetur opus: quod & Apollonius, & Baldus noster ità in primo canit:

Lacrymæ cecidere canenti.
Quod sibi jam clausos invenit in ignibus Argos.

Inclususque necem cauta patiaris, ut ille
Non profectura conditor historiæ. Non justum opus hoc

scri-

scribimus, sed studiosis tantùm, & industriis prodesse contendimus: atq; ideò quantò breviùs fieri potest, rem ipsam perstringimus. Domitius hoc in loco nescio quid de Cęrillo malo in rerum Alexandri scriptore confingit, nullo satis Auctore certò, cùm de Calisthene Philosopho, & Comite Alexandri sentiendum sit. Hic Aristothelis ex sorore nepos, dùm ferre Regis insolentiam non posset, qui sibi Ammonem patrem asserreret, in odium ejus incidens, tamquam conjurationis Macedonicæ concitator, inedia mori coactus est caveà cum cane inclusus, & ad ludibrium diù gestatus. Illi verò excellens ingenii vis, aut historiæ à se condita de Alexandri rebus monumenta parùm profuere. Justino, Seneca, Curtio, & aliis.

Utque repertori nocuit pugnacis jambi,
Sic sit in exitium lingua proterva tuum.

Non ego is sum qui Domitii ingenium non probem; dignumque viri propositum non maximè admirer, qui cùm ea ætate esset, (quartum enim, & trigesimum vitæ annum agens obiit) tot, tantaque edidit, quot, quantaque in hoc genere ad hanc diem nemo: in quibus si ille lapsus est interdum, ut facile omnes labimur, non tamen non dignissimus omniũ laude, & commendatione sit, in his præcipuè, quæ primus aut invenit, aut explicavit. Fuit ille, quod negare non possumus, aliquantò audacior, quod comparatam sibi auctoritatem, & gratiam, multorum favore conciliatam, retinere quavis ratione, & arte contendit, ut multa etiam præcipitare coactus sit; quæ, si diutiùs vixisset, forsitan emendaßet, ut hoc ipsum, de quo agimus, in quo loco partim brevior est, quam tanta res exposcebat: partim etiam quædam, quæ sustineri non poßunt, inculcat. Nam de Archiloco intelligi certum est, qui ex Paro insula Jambici carminis auctor apud Grecos celebris extitit:

titit: qui tanta carminis acerbitate in Lycamben socerum invectus est, ejusque filias ut ad laquei mortem utrosque compulerit: sed quod ab his interfectus sit, quod Domitius addit, non invenies; quin contra à Calonda quodam cui Corax cognomentum fuit, in acie fortiter pugnans, occiditur, quem Pythium oraculum postea arguit, quod & Plin. lib. 7. prodidit, nec priùs expiari à cæde potuit, quàm excusata cæde, eaque in necessitatem rejecta, illi ad Penarum parentrasset, undè proverbium Græcis ἀρχιλόχειον πάτεις in maledicos. Sed ad hunc locum minùs hæc faciunt, cum Ovidius non ejus cædem, sed id potius sensisse videatur, quod Lacedemonii libros Archilochi è civitate asportari jùßerint, quod eorum parum pudicam, ac verecundam lectionem arbitrabantur plus moribus obesse, quàm ingeniis prodesse posse. Quid igitur illi domum sibi invisam maledictis incessiverat, adeò ut nec sibi ipsi parceret, bene ab Ovidio dictis linguam habuiße in suum exitium protervam.

Utque lyra vates fertur periisse severa,
Caussat sic exitii dextera læsa tui.

Quid si Phyloxenum Cythereum Dithyramborum Poetam intelligas? quod enim de Aristophane nescio quo Domitius comminiscitur, perridiculum est. Nam & Dithyramborum Poetæ severitas lyræ congruit, & quæ sequuntur, ab historia non sunt aliena. Cùm enim apud Dionysium hic ageret, nec ejus Poemata laudare poßet ut inepta, & inconcinna, in latonimas conjectus est: unde precibus amicorum extractus, cùm Dionysium recitantem audiſſet, surrexit, & Dionysio causam percũctanti, Satiùs inquit, est in lapicidinis agere, quam recitantem tyrannum audire. Cic. in epist. ad Attic. lib. 4. Reliqui est, ἐπάρδειν ἐλέγχες ταυτὶν, κόσμι, non me hercule poßum, & Phi-

& Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit, quàm talia hic tandem cùm Tarentum aufugisset, revocatus ab eodem Dionysio per litteras, nihil aliud respondit, quam Λ litteram; unde in adagium, Philoxeni libellus de his qui rem aliquam facere nolint, usurpant, & Græci in latomias, id est lapicidinas conjici, cùm aliquem in malam rem abigendum significare volunt. Sit autem hæc æstimatio, non judicium; nam non satis liquet, an incorrupta sit lectio. Quid enim sibi velit: quòd læsam dicat dexteram exitii causam conjectare non liquidò possum. Illud omittere non est visum, quod variæ historiæ quartò Ælianus prodidit. Æschylum Tragicum ab Atheniensibus impietatis crimine fuisse damnatum, quem cum lapidibus obruere Athenienses parati jam essent; Aristea minori natu fratri exerenti brachium, cui manus abscissa fuerat Salaminia pugna, in qua præ ceteris insignem gloriam retulerat, facilè civitas fratrem donavit, memor virtutis Aristea in navali prælio navatæ.

Et tibi conjugii nox prima novissima vitæ
Eupolis hoc periit, & nova nupta modo.

Domitius Eupolim veteris comediæ scriptorem falsò putat, ego ex tertio Epigammaton animadverti alium fuisse hoc nomine adolescentē Nytiæ filium, qui Glycerio Euduci filia uxore ducta, tecti lapsu cū nova nupta obrutus est prima nocte. Græci versus hi sunt ex 3 lib. duo.

Εὔπολιν ὡς ἀγατὴν τεγλυνήριον, ὧν υμέναιον
Ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὸν τάταμος

Utque cothurnatum periisse Lycophrona narrant. Quare cothurnatum Lycophrona appellavit Ovidius à Domitio prætermissum esse miror; neque enim quod Alexandram opus composuerit Iambico carmine, quod opus adhuc exstat, Cothurnatus est dictus: sed quod, & tragedias com-

complures, quarum maximè celebres Marathonios, Oedipu, & Nauplios.

Quodque sua passa est pellex invita sororis. Sic legendum hoc carmen sensu hujusmodi, ut lingua sic illi abscindatur, quemadmodùm Philomelæ contigit, quæ invita pellex sororis fuerit.

Et puer Harpagida. Sic & legendum, & de Harpagi filio, quem Astryages Medorum Rex patri epulandum apposuit, intelligendum, Justino, & Herod.

Utque duobus idem dictis modò nomen habenti,
Præfocent animæ noxia mella viam.

Hunc Higinus Glaucum filium Minois scribit, qui in vasis melle suffocatus, Æsculapii opere evixit, sed & Claudiam.

Cretaque (si vera narratur fabula) vidit
Minoum rupto puerum prodire sepulcro.
Quem senior vates avium clangore repertum,
Gramine restitui, mira nam munere sortis.
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.
Nec tibi, si quid amas, feliciùs Hæmone cedat.

Vidit hoc in loco certè Domitius meliora, nec tamen sequi potuit: nam quis hic fuerit Hæmon diligentiùs explicandum omninò fuerat. Hic verò Hæmon Creontis filius minor natu fuit, Menœcei, qui se pro Patria devovit, frater cui Antigone, Oepidi filia deponsata fuerat. Illa verò patrem in exilium secuta, Hæmon à Sphynge dilaniatus est, Euripidi, & ejus Interpretibus.

Teligenus hæreat illud. Osse enim marinæ turturis, Telegonus Ulyssem patrem interemit, Commentarius Aristophanis, & Dictis.

Utque loquax. Anticulum Polit. in Miscellan. ex Homerica Rhapsodia significari voluit, in quo tamen Polit.

error

error apparet: neque enim necavit illum Ulysses, sed eatenùs compressit illi labia, quatenus Helena affuit. Error autem ex verbi Græci similitudine facilè ortus: nam quòd πνίξει, & πιέζειν literis parumdistant, imposuit Politiano.

Comicus ut liquidis perii, dum nabat in undis. Non nescio per Terent. esse quosdam suspicatos; sed quid si Eupolim intelligas quem constat & Aristophanis commentario ab his, in quos Baptas acerbissimam comœdiam scripserat, mari immersum, suffocatumque, qui Comicus per excellentiam appellari potuerit.

Utque cothurnatum vatem tutela Diana,
Dilaniet Stigium te quoque turba canum.

Quod Domitius de Euripide scripsit, bene certè interpretatus est. Illud addidisset vellem, quod Aribui Macedon, & Crateus Thessalus, Poetæ, dùm invident gloriæ, canes à Lisimaco, Archelai servo immitendos curarunt, qui securum illum invaderent, & laniarent. Non desunt tamen, qui illum à fœminis discerptum prodiderint, dum intempestivè ad Craterum, Archelai amasium proficiscitur; sed cum alii, dum Nicodei uxorem sollicitat, interfectum scribunt Vixit autem annos 75. cujus ossa Pellam Archelai jussu deportata sunt, sed & Gellius lib. 15. non pauca.

Diripiantque tuos insanis unguibus artus,
Strimoniæ matres, Orpheon esse rata.

Ut illi malè, Himenea, in Epistolis quarto emendarunt casu, quod in Heroidibus adnotavimus, ità hic adversa ratione error inolevit, neque enim video qui quartus hic casus enunciari non possit. Quod qui prima Grammatices Græca rudimenta perciperint, intelligere facilè poterunt. Quare ex manuscripto codice Orphea te esse rata. legas.

Ob-


Obstructusque famen patiaris. Pausaniam Lacedæmonii Cleombroti filium ivit, de quo non plura dicam, cum Græcis, & Latinis monumentis omnia vulgatissima sunt,

Nunc quoque pellit Io.

Corripuit in hoc loco, ut superiùs in Hipermenestra.

Quæ tibi causa fuge, quid Io freta longa pererras?

Clini adaque modo, Alcibiades, Cliniæ filii, casum ex Plutarcho in ejus vita accipe, qui miserabili incendio exustis flammis, ferroque oppetiit.



PUB. OVIDII
NASONIS
Epistolarum Heroidum Liber.

IN PRIMAM EPISTOLAM

ARGUMENTUM.

GRÆCIS ad Trojam cum maximo bellorum apparatu ob Helenæ raptum proficiscentibus, Ulysses, Laertis, & Anticliæ filius, Penelopes novę uxoris detentus amore, insaniam simulans, comitatum negat; verum tandem fraude viri à Palamede detecta, cum cæteris Trojanam expeditionem ire coactus est, ubi quantum, & fraude, & virtute valeret, ostendit. Tandem pluribus peractis certaminibus, post decennium Troja eversa cum in patriam rediturus cum reliquis Græcorum Principibus naves conscenderat, ob læsæ Minervæ indignationem, vastissimis procellis omnes agitati sunt; inter quos Ulysses acerbis tempestatis impulsu in longissimam utpote decennem peregrinationem agitatus est. Cùm igitur Penelope, Icari, & Polycaster filia hactenùs casta, hujusce tam longæ moræ causam ignoraret, ad illum hanc Epistolam scripsit, in qua illum multis rationibus in patriam reducere nititur, inquiens.

PENELOPE ULYSSI.

Objectioni occurrit per antiphoram. Precatur in

HAnc tua Penelope lento tibi mittit Ulysses,
Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.
Troja jacet, certè Danais invisa puellis,
Vix Priamus tanti, totaque Troja fuit.

O uti-

O utinam tunc, cũ Lacedæmona classe petebat
Obrutus insanis esset adulter aquis.
Non ego deserto jacuissem frigida lecto,
Nec quererer tardos ire relicta dies.
Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem,
Lassaret viduas pendula tela manus.
Quando ego non timui graviora pericula veris?
Res est solliciti plena timoris amor.
In te fingebam violentos Troas ituros,
Nomine in Hectoreo pallida semper eram.
Sive quis Antilochũ narrabat ab Hectore victũ:
Antilochus nostri causa timoris erat.
Sive Menœtiadem falsis cecidisse sub armis,
Flebam successu posse carere dolos.
Sanguine Tlepolemus Lyciã tepefecerat hastã
Tlepolemi letho cura novata mea est.
Deniq; quisquis erat castris jugulatus Achivis,
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed bene consuluit casto Deus æquus amori,
Versa est in cineres sospite Troja viro.
Argolici rediere duces: altaria fumant:
Ponitur ad patrios barbara præda Deos.
Grata ferunt nymphæ pro salvis dona maritis:
Illi victa suis Troia fata canunt.
Mirantur justique senes, trepidæque puellæ,
Narrantis conjux pendet ab ore viri.
Atq; aliquis posita monstrat fera prælia mensa,
Pingit, & exiguo Pergama tota mero.
Hac ibat Simois, hic est Segeia tellus,
Hic steterat Priami regia celsa senis.
Illic Æacides, illic tendebat Ulysses,
Hic lacer admissos terruit Hector equos.

ParidẽLacędem. Menel. regis in Lacon. à Laced. Jovis filio. Quam miser est qui amat. Antiloch. Nestoris filius non ab Hect. sed Memn. interfect. quare verius legeres Amphimachum ab Hectore occisũ, ut scribit Homerus Tlepolemus Hercul. filius Patrocl. Menet. filius sub Achill. armis ab Hectore occisus Hyperbole. Curæ fuisse Hymen quod optabat. Alia sũ fortunam comendando querelam suam justiorem efficit. Per digressionem gesta Trojæ narrat Antitheton.

Omnia namque tuo senior te quærere misso
Retulerat nato Nestor, at ille mihi.
Retulit, & ferro Rhesumque, Dolonaque cæsos,
Utque sit hic somno proditus, ille dolo.
Ausus es, ò nimium, nimiumque oblite tuorum.
Thracia nocturno tangere castra dolo.
Totque simul mactare viros adjutus ab uno:
At bene cautus eras, & memor ante mei.
Usque metu micuere sinus, dum victor amicũ,
Dictus es Ismariis isse per agmen equis.
Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis
Ilios? & murus quod fuit ante solum?
Si maneo qualis Troia durante manebam,
Virque mihi demto fine carendus abest.
Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant,
Incola captivo, quæ bove victor arat.
Jam seges est ubi Troja fuit, resecandaque falce,
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.
Semisepulta virum curvis feriuntur aratris
Ossa, ruinosas occulit herba domos.
Victor abes, nec scire mihi quæ causa morandi
Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.
Quisquis ad hæc vertit peregrinã littora puppim,
Ille mihi de te multa rogatus abit.
Quamque tibi reddat (si te modo viderit usquã)
Traditur huic digitis charta notata meis.
Nos Pylon antiqui Neleja Nestoris arva
Misimus: incerta est fama remissa Pylo.
Misimus & Sparten. Sparte quoque nescia veri,
Quas habitas terras, aut ubi lentus abes?
Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi:
Irascor votis heu levis ipsa meis.

Sci-

Simois fluvius Trojanus. Sygeus verò promõtiorum. Æacides Achilles, ab Æaco. no Alii, hac lacer admissos. Rhæsus Thracum Rex à Diomede, & Ulysse occisus.

Ismariis Traciis ab Ismaro mõte.

Illos Priami Regis ab illo Drois Regis filio.

Phrygia Regio in qua est Troia.

Misero societas solatii loco est.

Scirem ubi pugnares, & tantum bella timerem,
Et mea cum multis juncta querela foret.
Quid timeā ignoro, timeo tamen omnia, demens,
Et patet in curas area lata meas.
Quæcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus,
Tam longæ causas suspicor esse moræ.
Hæc ego dū stultè meditor quæ vestra libido est,
Esse peregrino captus amore potes.
Forsitan, & narres, quam sit tibi rustica conjux,
Quæ tantum lanas non finit esse rudes.
Fallar, & hoc crimen tenues vanescat in auras,
Neve revertendi liber, abesse velis.
Me pater Icarius viduo discedere lecto,
Cogit, & immensas increpat usque moras.
Increpet usque licèt, tua sim, tua dicar, oportet:
Penelope conjux semper Ulyssis ero.
Ille tamen pietate mea, precibusque pudicis
Frangitur, & vires temperat ipse suas.
*Dulichii, *Samiiq; & quos tulit alta* Zacynthos*
Turba ruunt in me luxuriosa Proci.
Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula,
Viscera nostra tuæ dilacerantur opes.
Quid tibi Pisandrū, Polybumq;, Medontaq; dirū,
Eurymachique avidas, Antinoique manus.
Atque alios referam quos omnes turpiter absēs
Ipse tuo partis sanguine rebus alis?
Irus egens, pecorisq; Melanthius actor edendi,
Ultimus accedunt in tua damna pudor.
Tres sumus imbelles numero; sine viribus uxor,
Laertesque senex, Telemachusque puer.
Ille per insidias penè est mihi nuper ademptus,
Dum parat invitis omnibus ire Pylon.

Se à pellice timore insinuat vulgaris mulierum suspicio.

A constantia se commendat.

Ab immodestia procerū suadet insulę mari Jonio, sive Maliaco, & Icario.

Per exornationem Rethoricam.

* Procos cō-memorat.

Irus Ithacensis mēdicus, nūc pro quovis paupere.

Melanthus, aut Pastor, aut Jonius

Pathos ab ætate, & sexu.

Di, precor hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Solebāt sanguine propinquiores oculos claudere.

Hoc faciunt custosq; boum, longævaq; nutrix,
Tertius, immundæ cura fidelis aræ.
Sed neque Laertes, ut qui sit inutilis armis,
Hostibus in mediis regna tenere potest.
Telemacho veniet, vivat modò, fortior ætas,
Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.
Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis;

Metaphora à nautis.

Tu citiùs venias portus, & ara tuis.

Movet pietatem à persona filii, avi & sua.

Est tibi, sitque precor, natus qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat.
Respice Laërten, ut jam sua lumina condas:
Extremum fati sustinet ille diem.
Certè ego, quæ fueram te discedente puella,
Protinùs ut redeas, facta videbor anus.

IN II. EPIST. ARGUMENTUM.

Demophoon Thesei, & Phædræ filius à bello Trojano in patriam rediens, maris tempestatibus in Traciam delatus, à Phyilide Licurgi, & Crustumenæ filia, quæ tunc Thraciæ imperabat, hospitio, & lecto benignè susceptus est: & cùm aliquando secum fuisset, audita morte Mnestei, qui post electum ex urbe Athenarum patrem Thesea Imperium occupaverat, regn. cupidine captus, Phyllidi fide data, se intrà mensem rediturum fingens, se ad res suas componendas ire, resarcitis navibus, Athenas petiit, neque de reditu curavit. Quatuor itaque exactis mensibus, Phyllis Epistolam hanc scripsit, in qua suadet, ut beneficiorum memor, servatis sponsionibus in fide perstat: quod si negligat, violatum pudorem crudeli morte compensare minatur.

PHYLLIS DEMOPHOONTI.

Hospita, Demophoō, tua te Rhodopeja Phyllis
Ultrà promissum tempus abesse queror.
Cornua cum Luna pleno semel orbe coissent,
Littoribus nostris anchora pacta tua est.
Luna quater latuit, toto quater orbe recavit:
Nec vehit Actaas Sithonis undâ rates. (tes
Tēpora si numeres, bene quæ numeramus aman-
Non venit ante suam nostra querela diem.
Spes quoque lenta fuit, tardè, quæ credita lædūt
Credimus: invita nunc & amante nocent.
Sæpè fui mendax pro te mihi: sæpè putavi,
Alba procellosos vela referre Notos.
Thesea devovi, quia te dimittere nollet:
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.
Interdùm timui, ne, dum vada tendis ad Hebri,
Mersa foret cana naufraga puppis aqua.
Sæpè deos supplex, ut tu, scelerate, valeres,
Sum prece thuricremis devenerata focis.
Sæpè videns ventos cœlo, pelagoque faventes,
Ipsa mihi dixi, Si valet, ipse venit. (stat
Deniq; fidus amor, quidquid properantibus ob-
Finxit, & ad causas ingeniosa fui.
At tu lentus abes, nec te jurata reducunt
Numina, nec nostro motus amore redis.
Demophoon, ventis & verba & vela dedisti:
Vela queror reditu, verba carere fide.
Dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amavi?
Crimine te potui demeruisse meo.
Unum in me scelus est, quod te scelerate, recepi
Sed scelus hoc meriti pondus, & instar habet.

Possessivum à Rhodope môte Thraciæ.

Hebrus fluvius Thraciæ rapidissimus,

Ironicè simplicitatem crimen vocat, Cupido

amoris Deus. Hymeneus Liberi, sive Bacchi, & Veneris filius nuptiarum Deus.

Jura, fides, ubi nunc, comissaq; dextera dextræ?
Quique erat in falso plurimus ore Deus?
Promissus socios ubi nunc Hymeneus in annos?
Qui mihi conjugii sponsor, & obses eras?
Per mare, quod totum ventis agitatur, & undis,
Per quod sæpè ieras, per quod iturus eras.

Demophoontis jusjuranda commemorat. Neptunum intelligit.

*Perque * tuũ mihi jurasti (nisi fictus, & ille est)*
Concita qui ventis æquora mulcet, Avum:

Periphrasis de Cupidine.

Per Venerem, nimiumque mihi facientia tela
Altera tela arcus, altera tela faces:
Junonemque toris quæ præsidet alma maritis.
Et te tædifera mystica sacra deæ.

Céres fidæ iræ.

Si de tot læsis sua numina quisque deorum.
Vindicet, in pœnas non satis unus eris.

In se culpam rejicit.

At laceras etiam puppes furiosa refeci;
Ut qua desererer, firma carina foret.
Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.
Heu patior telis vulnera facta meis.
Credidimus blandis, quorum tibi copia verbis:
Credidimus generi, nominibusque tuis.
Credidimus lacrymis: an & hæ simulare docen- (tur,
Hæ quoq; habent artes, quaq; jubentur, eunt?

Per colorem rhetoricũ beneficia objectat.

Diis quoq; credidimus: quo jã tot pignora nobis?
Parte satis potui qualibet inde capi.
Nec moveor, quod te juvi portuque, locoque,
Debuit hoc meriti summa fuisse mei.

Quam hujus estissimis verbis rẽ veneream exprimit.

Turpiter hospitium lecto cumulasse jugali
Pœnitet, & lateri conseruisse latus.
Quæ fuit ante illam, mallem suprema fuisset.
Nox mihi, dum potui Phyllis honesta mori:

Sententia credulitatẽ excusat.

Speravi melius, quia te meruisse putavi:
Quæcunq; ex merito spes venit, æqua venit.

Fal-

Fallere credentem non est operosa puellam — Imprecatio loco ultio-
Gloria: simplicitas digna favore fuit. — nis.
Sum decepta tuis, & amans, & fœmina verbis,
Dii faciant, laudis summa sit ista tuæ.
Inter & Ægidas media statuaris in urbe, — Thesei gesta
Magnificus titulis stet pater antè suis. — Latrones in Africa.
Cùm fuerit * Scyron lectus, torvusq; Procrustes, — Minotaurus.
Et * Sinis, & Tauri, mistaque forma viri, — CreõtesThe-
Et domita bello Theba, fusique bimembres, — barum Rex.
Et pulsata nigri regia cæca Dei. — Centauri à
Hoc tua post illum titulo signetur imago, — Teco supe-
Hic est cujus amans hospita capta dolo est. — rati.
De tanta rerum turba, factisque parentis, — Ariadne à
Sedit in ingenio Cressa puella tuo. — Theseo in
Quod solum excusat, solum miraris in illo, — Naxo insu-
Hæredem patriæ perfide fraudis agis. — la derelicta Baccho nu-
Illa (nec invideo) fruitur meliore marito. — psit.
Inque capistratis tigribus alta sedet.
At mea despecti fugiunt connubia Thraces, — Tigres Bac-
Quod ferar externum præposuisse meis. — chi currum
Atq; aliquis doctas jã nũc eat, inquit, Athenas, — agunt, qua
Armiferam Thracem, qui regat, alter erit. — sunt anima-
Exitus acta probat, careat successibus opto, — lia stribunda
Quisquis ab eventu facta notanda putat.
At si nostra tuo spumescant æquora remo: — Periphrasis.
Jam mihi, jam dicar consuluisse meis.
Sed neque consului, nec te mea regia tanget, — De reditu
Fessaque Bistonia membra lavabis aqua. — desperat.
Illa meis oculis species abeuntis inhæret, — Bistonis, La-
Cùm premeret portus classis itura meos. — cus Thraciæ.
Ausus es amplecti, colloque infusus amantis,
Oscula per longas jungere pressa moras.

Cum;

Simulatas blanditias arguit.

Cumq; tuis lachymis lachrymas confundere nostras
Quodq; foret velis aura secunda; queri.
Et mihi discedens suprema dicere voce:
Phylli, fac exspectes Demophoonta tuum.
Exspectem, qui in me nunquam visurus ab isti?
Exspectem pelago vela negata meo?
Et tamen exspecto: redeas modò serus amanti,
Vt tua sit solo tempore lapsa fides.
Quid precor infelix? jam te tenet altera conjux
Forsitan, & nobis qui malè favit, amor.

Beneficia in Demophoõtem:

Vtq; tibi excidimus, nullam, puto, Phyllida nosti
Hei mihi! si qua sim Phyllis, & unde rogas.
Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto
Threicios portus, hospitiumque dedi.
Cujus opes auxere mea, cui dives egenti
Munera multa dedi, multa datura fui.

Regni amplitudo. Hęmus mõs inter Thraciã, & Thessaliam.

Quæ tibi subjeci latissima regna Lycurgi,
Nomine fœmineo vix satis apta regi:
Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Hæmum
Et sacer admissas exigit Hebrus aquas.
Cui mea virginitas avibus libata sinistris,
Castaque fallaci zona recincta manu.

Zona cingebantur virgines, quæ nisi à marito prima nocte solvebatur, hinc solvere Zona, virginitatẽ amittere.

Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis,
Et cecinit mœstum devia carmen avis.
Adfuit Alecto brevibus torquata colubris,
Suntque sepulchrali lumina mota face.
Mœsta tamen scopulos, fruticosaq; littora calco
Quæque patent oculis æquora lata meis.
Sive die laxatur humus, seu frigida lucent
Sidera: prospicio quis freta ventus agat.

Amoris vir.

Et quæcumque procul venientia lintea vidi,
Protinùs illa meos auguror esse deos.

In freta procurro, vix me retinentibus undis; Auge cōmiſcationem.
Mobile, qua primas porrigit æquor aquas.
Quò magis accedunt, minùs, & minùs utilis aſto
Linquor, & ancillis excipienda cado.
Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus,
Ultima prærupta cornua mole rigent.
Hinc mihi ſuppoſitas immittere corpus in undas
Mens fuit, & quoniam fallere pergis, erit.
Ad tua me fluctus projectam littora portent,
Occurramque oculis intumulata tuis.
Duritia ferrum, ut ſuperes, adamantaque, teque;
Non tibi ſic dices, Phylli ſequendus eram. Variis mortis generibus mortem ſibi minatùr.
Sæpè venenorum ſitis eſt mihi, ſæpè cruenta,
Trajectam gladio morte perire juvat.
Colla quoque, infidis quæ ſenectenda lacertis Hoc mortis genere periit.
Præbuerunt, laquei implicuiſſe libet.
Stat nece matura tenerum penſare pudorem,
In necis electu parva futura mora eſt.
Inſcribere meo cauſa invidioſa ſepulcro,
Aut hoc, aut ſimili carmine notus eris. Phyllidis Epitaphium.
Phyllida Demophoon leto dedit, hoſpes amantē:
Ille necis cauſam præbuit, ipſa manum.

IN III EPIST. ARGUMENTUM.

Poſtquam Græci Phrygiam appulerunt, urbes Trojæ, finitimis. & præcipuèque Lesbo inſulæ erant oppoſitæ, hoſtili more cæperunt depopulari, inter quos Achilles, Pelei, & Thetidis filius, utramque Ciliciam, & Thebanam, atque Lyrneſiam invaſit; Expugnato itaque Chryneſio oppido, duas inſignes ſecum virgines abduxit; Aſtinomionem Chryſes Sacerdotis Sminthei Apollinis filiam, & Hippodamiam Briſeis natam, quæ deindè à paternis nominibus fuerunt cognominatæ, Chryſen autem Anamemnoni Græco-

rum

rum Principi concessit, & Briseda sibi reservavit; sed cùm jam deorum jussu cogeretur Agamemnon Chrysen patri restituere, Briseida Achilli surripuit: quamobrem indignatus Achilles, diù à bello abstinuit, nec ullius suasione, vel precibus ad arma adversus Trojanos sumenda animari potuit, nec posteà Briseida accipere curavit, quamvis illi Agamemnon cum maximis muneribus ultrò misisset; quare Briseis ad eum hanc epistolam mittit, in qua conqueritur de ejus nimia ira, rogatque ut sumat arma adversus Trojanos, dummodo eam priùs ab Agamemnone ultrò oblatam recipiat.

BRISEIS ACHILLI.

A fortuna commiseratio.

Quam legis à rapta Briseide litera venit,
Vix bene Barbarica Græca notata manu.
Quascumque aspicies, lachrymæ fecere lituras:
Sed tamen hæ lachrymæ pondera vocis habẽt.
Si mihi pauca queri de te dominoque viroque,
Fas est: de domino pauca, viroque querar.

Non licebat servis de dominis conqueri.

Non ego poscenti, quòd sum citò tradita regi,
Culpa tua est quãvis hæc quoq; culpa tua est.
Nã simul Eurybates, me Talthybiusque vocarũt,
Eurybati data sum, Talthybioque comes.

Agamemnonis.

Alter in alterius jactantes lumina vultum,
Quærebant taciti, noster ubi esset amor.
Differri potuit: pœna mora grata fuisset:
Hei mihi discedens oscula nulla dedi.
At lachrymas sine fine dedi, rupique capillos,
Infœlix iterum sum mihi visa capi.
Sæpe ego decepto volui custode reverti;
Sed, me qui timidam prenderet, hostis erat.
Si progressa forem, caperer ne fortè timebam,
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.

Sed

Sed data sum, quia danda fui, tot noctibus absũ: Patroclus ad Briseida.
Nec repetor: cessas iraque lenta tua est.
Ipse Menætiades, tunc cùm tradebar, in aurem, Stomachosa ironia.
Quid fles? parvo tempore, dixit, eris.
Nõ repetisse parũ est pugnas, ne reddar, Achille:
I nunc, & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te Telamone, & Amyntore nati; Aiax Telamonis filius, Phœnix verò Amyntoris, & Ulysses Agamemnonis dona ab Achille sprета.
Ille gradu proprior sanguinis ille comes.
Laertaque satus, per quos comitata redirem,
Auxerunt blandæ grandia dona preces.
Viginti fulvos operoso ex ære lebetas,
Et tripodas septem pondere, & arte pares.
Addita sunt illis auri bis quinque talenta,
Bisseni assueti vincere semper equi.
Quodque supervacuum forma præstante puellæ
Lesbides, eversa corpora capta domo. Patronimicum à loco.
Cumq; tot his (sed non opus tibi conjuge) conjux
Ex Agamemnonis una puella tribus.
Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem,
Quæ dare debueras, accipere illa negas.
Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille? A majori argumentum. Agamemnõ Atrei filius.
Quò levis à nobis tam citò fugit amor?
An miseros tristis fortuna tenaciter urget?
Nec venit inceptis mollior aura meis?
Diruta Marte tuo Lyrnesia mœnia vidi, Lyrnessus Ciliciæ oppidum.
Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
Vidi consortes pariter generisque, necisque,
Treis cecidisse, tribus, quæ mihi mater erat. Unde rapta fuit Briseis.
Vidi (quantus erat) fusum tellure cruenta, Minetes Briseidos maritus.
Pectora jactantem sanguinolenta virum:
Tot tamen amissis, te compensavimus unum.
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

Juratus actiuè. *Tu mihi, juratus per numina matris aquosæ,*
Utile dicebas ipse fuisse capi.
Scilicet ut, quamvis veniam dotata, repellas,
Ironia. *Et mecum fugias, quæ tibi dantur opes.*
Eos *Quin etiam famâ est cum cristina fulserit eos*
Linea vela. *Te dare nubi feris linea plena Notis. (res*
Quod scelus ut pavidas misera mihi cōtigit au.
Sanguinis, atque animi pectus inane fuit.
Ibis, & ò miseram cui me violente, relinques?
A profectione dissuadet ab imprecatione pathos *Quis mihi deserta mite levamen erit?*
Devorer ante precor subito telluris hiatu,
Aut rutilo missi fulminis igne cremer.
Phthia Achillis patria in Thessalia. *Quam sine me Phthiis canescant æquora remis,*
Et videam puppes ire relicta tuas.
Si tibi jam redituſq; placent, patriique penates,
A facili suadet. ab extenuatione fortunæ pathos. *Non ego sum classi sarcina magna tuæ.*
Victorem captiva sequar, non nupta maritum:
Est mihi quæ lanas molliat, apta manus.
Achaidas Græcia, ab Achaia regione Græciæ Jupiter ex Ægina, Æsopi filia, Æacum Pelei patrem genuit. *Inter Achaiadas longè pulcherrima matres.*
In thalamos conjux ibit, eatque tuos.
Digna nurus socero. Jovis Æginæque nepote,
Cuique senex Nereus prosocer esse velit.
Nos humiles famulæq; tuæ data pensa trahemus
Et minuent plenas stamina nostra colos.
Exagitet ne me tantùm tua deprecor uxor,
Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo.
Neve meos coram scindi patiare capillos,
Cyrō in nuptiis Thetidis aliæ Nereus vocatus est. *Et leviter dicas, Hac quoque nostra fuit.*
Vel patiare licet, dum ne contemta relinquar.
Hic mihi væ misera concutit ossa metus.
Commiseratione auget. *Quid tamen exspectas? Agamenona pœnitet iræ*
Et jacet ante tuos Græcia, mœsta pedes.

Vin-

Vince animos, iramque tuam, qui cętera vincis;
Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?
Arma cape, Æacide, sed me tamen ante recepta,
Et preme turbatos, Marte favente, viros.
Propter me mota est, propter me desinat ira:
Simque ego tristitiæ caussa, modusque tuæ.
Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris:
Conjugis Oenides versus in arma prace est.
Res audita mihi nota est tibi: fratribus orba
Devovit nati spemque, caputque parens.
Bellum erat: ille ferox positis secessit ab armis:
Et patriæ rigida mente negavit opem.
Sola virum flexit conjux, felicior illa:
At mea pro nullo pondere verba cadunt.
Nec tamen indignor, nec me pro conjuge gessi,
Sæpius in domini serva vocata torum.
Me quædã, memini, dominam captiva vocabat:
Servitio, dixi, nominis addis onus.
Per tamen ossa viri subitò malè tecta sepulcro,
Semper judiciis ossa verenda meis. (*trum,*
Perque trium fortes animas, mea numina fra-
Qui bene pro patria, cum patriaque jacent.
Perq; tuũ, nostrumq; caput, quod junximus unà,
Perque tuos enses, cognita tela meis.
Nulla Mycenęum, sociasse cabilia mecum
Juro, fallentem deseruisse velis.
Si tibi nunc dicam, Fortissime tu quoque jura,
Nulla tibi sine me gaudia facta, neges.
At Danai mœrere putant: tibi plectra movẽtur,
Te tenet in tepido mollis amica sinu.
Et si quis quærat, quare pugnare recuses?
Pugna nocet; cithara, noxq; Venusq; juvant.

Tu-

Achillis inexorabilitatem arguit.

Argumentatur ab exemplo Meleagri Oenei, & Altheæ filii, quẽ sola conjux Cleopatra flexit in arma adversùs aprũ Calydoniũ patriam suam vastantem.

Impudicitiæ suspicionem adjuratione delet.

Appositio.

Mycenæus, Agamemnõ à Mycenis, Urbe Grecię.

Illum contumeliis ad arma advocant.

Alludit ad cytharam Orphæi.

Tutius est jacuisse toro, tenuisse puellam,
Threicians digitis increpuisse lyram,
Quam manibus clypeos, & acuta cuspidis hastã,
Et galeam pressa sustinuisse coma.
Sed tibi pro tutis insignia facta placebant,
Partaque bellando gloria dulcis erat. (bas?
An tantum, dum me caperes, fera bella proba-
Cumque mea patria laus tua victa jacet?
Dii melius, validoque precor vibrata lacerto,
Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.

Ad Græcos apostrophe.

Mittite me Danai, dominum legata rogabo,
Mistaque mandatis oscula multa feram.
Plus ego quã Phœnix, plus quã facũdus Ulysses,

Ad Achillem redit.

Plus ego, quam Teucri, credite, frater agam.
Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis,
Præsentesque oculos admonuisse sinu.
Sis licet immitis, marisque ferocior undis,

Pyrrhus Achillis filius ex Deidamia.

Ut taceam lacrymis comminuere meis. (nos,
Nunc quoq; sic omnes Peleus pater impleat an-
Sic eat auspitiis Pyrrhus ad arma tuis.)

Per commiserationem obsecratio. Sic Æneas apud Virgil. Nullum memorabile nomen fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem. Pallas Agamemnonem

Respice sollicitam Briseida fortis Achille,
Nec miseram lenta ferreus ure mora.
Aut si versus amor tuus est in tedia nostri,
Quam sine te cogis vivere, coge mori.
Utque facis, coges; abiit corpusque, calorque,
Sustinet hoc anima, spes tamen una tui.
Qua si destituor, repetam fratresque, virumq;
Nec tibi magnificum fœmina jussa mori.
Cur autem jubeas? stricto pete corpora ferro,
Est mihi, qui fosso pectore sanguis eat.
Me petat ille tuus, qui si Dea passa fuisset,
Ensis in Atrida pectus iturus erat.

At

Ah potiùs serves nostram, tua munera, vitam: abAchille liberavit.
Quod dederas hosti victor, amica rogo.
Perdere quos melius possis, Neptunia prabent A majori arguit.
Pergama: materiam cadis ab hoste pete.
Me modo sivè paras impellere remige classem, Votorum summa.
Sivè manes Domini iure venire jube.

IN IV. EPIST. ARGUMENTUM.

Theseus, Ægei filius, interempto Minotauro, Ariadnem, Minois Pasiphaæs filiam, quam ob opem sibi præstitam uxorem accepturum promiserat, simul cum Phædra ejus sorore navi imposita, secum abduxit. Verum Bacchi admonitione in Naxo, sive ut alii volunt, in Chio insula, Ariadne relicta, Phædram duxit, quæ deinde absente Theseo in Hippolyti privigni, quem ex Hippolyti Amazone acceperat, amorem exarsit, qui cum cælibem ducens vitam sese venando exerceret, nec posset uti illius colloquio, hac epistola amorem suum indicavit: in qua illum callidis suasionibus ad sui amorem flectere conatur. Et cum turpe sit privignum à noverca de stupro interpellari, principium ex insinuatione sumpsit in hunc modum.

PHÆDRA HIPPOLYTO.

QUa, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutē
Mittit Amazonio Cressa puella viro.
Perlege quodcūq; est: quid epistpla lecta nocebit? A fortiori suadet.
Te quoq; in hac aliquid, quod juvet, esse potest
His arcana notis terra, pelagoque feruntur,
Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.
Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit
Lingua; ter in primo destitit ore sonus. In Cupidine culpam rejicit.
Qua licet, & sequitur, pudor est miscēdus amori:
Dicere quæ puduit, scribere jussit amor.

Quidque amor jussit, non est cōtemnere tutum:

Superos.

*Regnat & in * dominos, jus habet ille deos.*
Ille mihi primò dubitanti scribere, dixit,
Scribe: dabit victas ferreus ille manus.
Adsit, & ut nostras avido fovet igne medullas,

Se purgando ad rem descendit.

Figat sic animos in mea vota tuos.
Non ego nequitia socialia fœdera rumpam;

Apta similitudo.

Fama, velim quæras, crimine nostra vocat.
Venit amor gravius, quo serius urimur intus:
Urimur, & cæcum pectora vulnus habent.

In se matrimonialem pudicitiā commendat.

Scilicet, ut teneros lædunt juga prima juvencos,
Frenaq; vix patitur de grege captus equus.
Sic male, vixq; subit primos rude pectus amores,

Thesei auctoritate minuit ab eodem studio, atque volūtate Hippolytum sibi conciliat.

Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.
Ars fit, ubi à teneris crimen condiscitur annis,
Quæ venit exacto tempore, pejus amat.
Tu nova servata carpes libamina fama,
Et pariter nostrum fiet uterque nocens.
Est aliquid, plenis pomaria carpere ramis,
Et tenui primam deligere ungue rosam.

Studiorum conformitas multum ad amorem facit.

Sed tamen ille prior (quo me sine crimine gessi)
Candor ab insolita labe notandus erat.
At bene successit, digno quod adurimur igne,
Pejus adulterio turpis adulter obest.

Diana venationis dea; à Delo insula, in qua nata est, Delia dicta

Si mihi concedat Juno fratremque, virumque,
Hippolytum videor præpositura Jovi.
Jam quoq; (vix credas) ignotas mutor in artes:
Est mihi per sævas impetus ire feras.
Jam mihi prima dea est, arcu præsignis adunco,
Delia, judicium subsequar ipse tuum.

Bacchus Eleus, ab Elea urbe, in qua

In nemus ire libet, pressisque in retia cervis,
Hortari celeres per juga summa canes.

Aut

Aut tremulum excusso jaculū vibrare lacerto,
Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe juvat versare leves in pulvere currus,
Torquentem frenis ora fugacis equi.
Nunc feror, ut Bacchlæ furiis Eleides actæ,
Quæque sub Idæo tympana colle movent.
Aut quas semideæ Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo.
Namque mihi referunt, cum se furor ille remisit
Omnia: me tacitam conscius urit amor.
Forsitan hunc fato generis reddamus amorem,
Et Venus ex tota gente tributa petit.
Juppiter Europam (prima est ea gentis origo)
Dilexit, tauro dissimulante Deum.
Pasiphaë mater, decepto subdita tauro,
Enixa est utero crimen, onusque suo.
Perfidus Ægides ducentia fila secutus,
Curva meæ fugit tecta sororis ope.
En ego nunc, nè fortè parum Minoia credar,
In socias leges ultima gentis eo.
Hoc quoq; fatale est, placuit domus una duabus,
Me tua forma capit, capta parente soror.
Thesides, Theseusque duas rapuere sorores,
Ponite de nostra bina trophæa domo.
Tempore quo nobis inita est Cerealis Eleusin,
Gnosia me vellem detinuisset humus.
Tūc mihi præcipuè (nec nō tamen ante placebas)
Acer in extremis ossibus hæsit amor.
Candida vestis erat, præcincti flore capilli,
Flava verecundus tinxerat ora rubor.

Gnossia Cretæ oppidum.

plurimum colebatur, hinc Eleides Bacchantes, Orgia Cibeles sub Ida monte Phrygiæ, ministris tympana pulsantibus discurrendo, celebrabantur.

culpam rejicit in fatum ob Veneris, & Martis adulterium à Sole indicatum, nefandos enim amores in omnem solis progeniem immisit Venus Juppiter in Taurum ex Europa, Agenoris filia, Minoem genuit. Ægides, Theseus filius Ægei. Eleusis in Attica, in qua Cereri sacra celebrabantur.

Ad habitum & formam transit.

Quemq; vocant alii vultū rigidumq; trucemq;
Pro rigido, Phædra judice, fortis erat.
Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina, comti:
Fine coli modico forma virilis amat.
Te tuus iste rigor, positique sine arte capilli,
Et levis egregio pulvis in ore decet.

Hipp. exercitia probat Sententia.

Sive ferocis equi luctantia colla recurvas,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Seu lentum valido torques hastile lacerto,
Ora ferox in se versa lacertus habet.
Sive tenes lato venabula cornea ferro,
Deniq; nostra juvat lumina, quicquid agis.
Tu modò duritiem sylvis depone jugosis;
Non sum materia digna perire tua.

Exemplo propositum firmat Aurora Cephalū, Æoli filium, Titono marito suo spreto adamavit Venus Adonem. Cinyræ filiū dilexit. Oenei filius Athalantia Arcadiā Schœnei filiam dilexit, cui apri Galcidonii caput in fidem amoris dedit.

Quid juvat incincta studia exercere Diana,
Et Veneri numeros eripuisse suos?
Quod caret alterna requie, durabile non est:
Hec reparat vires, fessaque membra novat.
Arcus, & arma tua tibi sunt imitanda Diana:
Si nunquam cesses tendere, mollis erit.
Clarus erat Cephalus sylvis multaq; per herbam
Conciderant illo percutiente fera.
Nec tamen Aurora malè se præbebat amādum,
Ibat ad hanc sapiens à sene diva viro.
Sæpe sub ilicibus Venerem, Cinyraque creatum,
Sustinuit positos qualibet herba duos.
Arsit, & Oenides in Manalia Atalanta;
Illa fera spolium pignus amoris habet.
Nos quoq; jam primū turba numeremur in ista
Si Venerem tollas, rustica sylva tua est.
Ipsa comes veniam, nec me salebrosa movebunt
Saxa, nec obliquo de me timendus aper.

Æquo.

Æquora bina suis oppugnāt fluctibus Isthmon,
Et tenuis tellus audit utrumque mare.
Hic tecum Trœzena colam Pitheia regna,
Jam nunc, & patria gratior illa mea est.
Tempore abest; aberitque diù Neptunius heros:
Illum Pirythoi detinet ora sui.
Prapesuit Theseus (nisi nos manifesta negamus)
Pirythoum Phadra, Pirythoumque tibi.
Nec sola hac ad nos injuria venit ab illo,
In magnis lasi rebus uterque sumus.
Ossa mei fratris clava perfracta trinodi
Sparsit humi, soror est prada relicta feris.
Prima securigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna vigore parens.
Si quaras ubi sit? Theseus latus ense peregit:
Nec mater tanto pignore tuta fuit.
At nec nupta quidem, tadaque accepta jugali,
Cur? nisi ne caperes regna paterna nothus?
Addidit, & fratres ex me tibi quos tamē omnes
Non ego tollendi caussa, sed ille fuit.
O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum,
In medio nixu viscera rupta forent.
I nunc, i meriti lectum reverere parentis,
Quem fugit, & factis abdicat ille suis.
Nec, quia privigno videar coitura noverca,
Terruerint animos nomina vana tuos.
Ista vetus pietas, avo moritura futuro,
Rustica, Saturno regna tenente, fuit.
Saturnus periit; perierunt & sua jura,
Sub Jove nunc mundus: jussa sequare Jovis.
Juppiter esse pium statuit, quodcumq; juvaret,
Et fas omne facit fratre marita soror.

Isthmos insula inter Ionium, & Ægeum mare. Trezena intra Isthmon, ubi Pitheus Thesei maternus avus regnavit. Theseus Neptuni nepos, Pirythous, & Theseus numerantur inter quatuor amicorum paria. Minotaurum intelligit. Ariadne. Amazones securi utebantur. In Thesei odiū Hipp. vertere nititur, graves injurias narrando. Demophoon, & Antigonus, Thesei, & Phædræ filii. Ironia. Ad objectū responsio. Galide suadet.

Illa coit firma generis junctura catena,
Imposuit nodos cui Ventus ipsa suos.
Nec labor est celare; licet, pete munus ab illa,
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis: laudabimur ambo:
Dicar privigno fida noverca meo.
A facili. *Non tibi per tenebras duri reserenda mariti*
Janua, nec custos decipiendus erit.
Ut tenuit domus una duos, domus una tenebit,
Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.
Tutus eris mecum, laudemque merebere culpa;
Tu licet in lecto conspiciare meo.
Tolle moras tantum, properataque fœdera junge:
Qui mihi nunc sævit, sic tibi parcat amor.
Non ego dedignor supplex humilisque precari:
Heu, ubi nunc fastus, altaque verba jacent?
Commiseratio à genere. *Et pugnare diù, nec me summittere culpæ,*
Certa fui, certi si quid haberet amor.
Victa precor, genibusque tuis regalia tendo
Brachia, quid deceat, non videt ullus amans.
Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit,
Jovem intelligit Sol. *Da veniam fassæ, duraque corda doma.*
Quod mihi sit genitor, qui possidet æquora Minos,
Quod veniat proavi fulmina torta manu.
Quòd sit avus, radiis frontem vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui movet axe diem.
Nobilitas sub amore jacet: miserere priorum:
Et mihi si non vis parcere, parce meis.
Ab utili suasit. *Est mihi dotalis tellus* Jovis *insula Crete:*
Serviat Hyppolyto regia tota meo.
Flecte feros animos, potuit corrumpere taurum
Mater: eris tauro sævior ipse truci?

Per

Per Venerẽ parcas, oro, qua plurima mecũ est, A maiori.
Sic nunquam, qua te spernere possit, ames.
Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit, Adiurationẽ cõprecationibus ornat.
Sylvaque perdendas prabeat alta feras.
Sic faveant Satyri, montanaque numina Panes,
Et cadat adversa cuspide fossus aper. Diana.
Sic tibi dent Nympha, quamvis odisse puellas
Diceris: arentem qua levat unda sitim (cãtis;
Addimus his precib⁹ lacrymas quoq; verba pre- Arguet miserationem.
Perlegis, & lacrymas finge videre meas.

IN V. EPIST. ARGUMENTUM.

Cùm Hecuba, Cyssei filia, & Priami uxor gravida esset, ardentem facem, totam Trojam comburentem se parere somniavit. Territus itaque Priamus, oraculum consuluit: à quo cum accepisset, oriturum filium, qui patriæ esset exitio, quem primum partus ederetur: interfici jussit. Hecuba verò, cum puerum, qui posteà Paris dictus est, peperisset, materna pietate mota, pastoribus Regis clausula alendum mandavit. Is autem cùm jam adolesceret, Oenonem nympham adamavit, atque ut aliquibus placet, in uxorem duxit. Sed cum Juno, Pallas & Venus de pulchritudine contenderent, propter aureum pomum, in quo scriptum erat, Detur Pulchriori, à Jove ad Paridis arbitrium remissæ sunt: cui cum Juno regnum, Pallas sapientiam, Venus voluptatem, & mulierum pulcherrimam promisisset, pro Venere sententiam tulit. Qui deinde à patre cognitus, & in gratiam susceptus, Spartem navigans, Helenam Menelai uxorem rapuit, eamque Trojam abduxit. Quod cùm Oenone rescivisset, hac epistola de ejus perfidia conquerendo Helenam Græcis reddi, & se recipi suadet.

OENONE PARIDI.

Multi hæc duo carmina adscriptitia dicunt.

NYmpha suo Paridi, quamvis suus esse recuset.
Mittit ab Idæis verba legenda jugis.
Perlegis? an conjux prohibet nova? perlege: nō est
Ista Micenæa littera facta manu.

Pegasis nympha, à Pegasio fonte.

Pegasis Oenone Phrygis celeberrima sylvis
Læsa queror de te, si sinis ipse, meo.
Quis Deus opposuit nostris sub numina votis?
Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?
Leniter, ex merito quicquid patiare ferendū est:
Quæ venit indigna, pœna dolenda venit.

In Paridem beneficia. Xantus.

Non dum tantus eras, cum te contenta marito
*Edita de magno * flumine Nympha fui.*
Qui nunc Priamides (adsit reverentia vero)
Servus eras, servo nubere Nympha tuli.
Sæpe greges inter requievimus arbore tecti,
Mistaque cum foliis præbuit herba torum.
Sæpe super stramen, fœnoque jacentibus alto,
Depressa est humili cana pruina casa.
Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos,
Et tegeret catulos, qua fera rupe suos?
Retia sæpe comes maculis distincta tetendi,
Sæpe citos egi per juga longa canes.
Incisæ servant à te mea nomina fagi,
Et legor Oenone falce notata tua.
Et quantū trūci, tantùm mea numina crescunt;
Crescite, & in titulos surgite recte meos.
Populus est (memini) fluviali consita ripa,
Est in qua nostri littera scripta memor.

Arborem apostroph.

Popule, vive precor, quæ consita margine ripæ,
Hoc in rugoso cortice carmen habes;

Cùm

Cùm Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.
Xanthe retrò propera, versaq; recurrite lymphæ.
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.
Illa dies fatum miseræ mihi duxit: ab illa
Pessima mutari cœpit amoris hyems:
Qua Venus, & Iuno, sumtisque decentior armis,
Venit in arbitrium nuda Minerva tuum.
Attoniti micuere sinus, gelidusque cucurrit,
Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor.
Consului (neque enim modicè terrebar) anusque
Longævosque senes, constitit esse nefas.
Cæsa abies, sectaque trabes, & classe parata,
Cærula ceratas accipit unda rates.
Flesti discedens: hoc saltem parce negare,
Præterito magis est iste pudendus amor.
Et flesti, & nostros vidisti flentis ocellos:
Miscuimus lacrymas mœstus uterque suas.
Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,
Vt tua sunt collo brachia nexa meo.
Ah quoties, cùm te vento quererere teneri,
Riserunt comites ille secundus erat.
Oscula dimissæ quoties repetita dedisti?
Quam vix sustinuit dicere lingua, vale.
Aura levis rigido pendentia lintea malo
Suscitat, & remis eruta canet aqua.
Prosequor infœlix oculis abeuntia vela,
Qua licet, & lacrymis humet arena meis.
Vtque celer venias, virides Nereidas oro,
Scilicet ut venias in mea damna celer.
Votis ergo meis alii rediture redisti,
Hei mihi! pro dira pellice blanda fui.

Paridis carmen.

Apostrophe ad Xanthum pathos ab origine malorum.

Judicium Paridis.

Subita narratio apparatus ad Helenam radiendam.

A præterito amore commiseratio.

Paridis discessus.

Nereides nymphę marinæ.

Aspi-

Mons Sigeus.

Aspicit immensum moles nativa profundum,
Mons fuit, æquoreis illa resistit aquis.

Prospexi.

Hinc ego vela tuæ * cognovi prima carinæ,
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.

Purpurat Helena Climenam, & Ethram cum Helena rapuit Paris.

Dum miror, in sũma fulsit mihi purpura prora:
Pertimui: cultus non erat ille tuus.
Fit propior, terrasque cita ratis attigit aura:
Fœmineas vidi corde tremente genas.
Nõ satis id fuerat (quid enim furiosa morabar?)
Hærebat gremio turpis amica tuo.
Tunc vero, rupique sinus, & pectora planxi,
Et secui madidas ungue rigente genas.
Implevique sacram querulis ululatibus Iden,
Illinc has lacrymas in mea saxa tuli.

In Helenam præcatur.

Sic Helene doleat, desertaque conjuge ploret;
Quæ prior, & nobis intulit, ipsa ferat.
Nũc tibi cõveniunt, quæ te per aperta sequãtur
Æquora: legitimos destituantque viros.
At cum pauper eras, armentaq; pastor agebas,
Nulla, nisi Oenone, pauperis uxor erat.

Ab honesto objectioni responsio.

Non ego miror opes, nec me tua regia tangit,
Nec de tot Priami dica ut una nurus. (set,
Non tamẽ ut Priamus Nympha socer esse recu-
Aut Hecuba fuerim dissimulanda nurus.
Dignaque sum, & cupio fieri matrona potentis,
Sũt mihi, quas possunt sceptra decere manus.
Nec me (faginea, quod tecum fronde jacebam)
Despice: purpureo sum magis apta toro.

A tuto suasio.

Deniq; tutus amor meus est: tibi nulla parantur
Bella, nec ultrices advehit unda rates.

Helena Tyndari filia putativa honesta petitio.

Tyndaris infestis fugitiva reposcitur armis,
Hac venit in thalamos dote superba tuos.

Quæ

Quæ sisit Danais reddenda, vel Hectora fratrẽ,
Vel cum Deiphobo Pulydamanta roga. (ipse
Quid gravis Antenor, Priamus quid suadeat,
Consule: queis ætas longa magistra fuit.
Turpe rudimentum est patriæ preponere raptã,
Caussa pudenda tua est: justa vir arma movet.
Nec tibi, si sapias, fidam promitte Lacænam,
Quæ sit in amplexus tàm citò versa tuos.
Ut minor Atrides temerati fœdera lecti
Clamat, & externo læsus amore dolet:
Tu quoque clamabis. Nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.
Ardet amore tui, sic, & Menelaon amavit,
Nunc jacet in viduo credulus ille toro.
Felix Andromache, certo bene nupta marito,
Uxor ad exemplum fratris habénda fui.
Tu levior foliis, tunc cùm sine pondere succi
*Mobilius ventis arida facta * cadunt.*
Et minùs est in te, quam summa pondus arista,
Quæ levis assiduis solibus usta riget.
Hoc tua (nam recolo) quondã germana canebat:
Sic mihi diffusis vaticinata comis.
Quid facis Oenone? quid arenæ semina mãdas?
** Non profecturis littora bobus aras.*
Graja juvenca venit, quæ te patriamq; domumq;
Perdet: io prohibe, Graja juvenca venit.
Dum licet, obscœnam ponto de mergite puppim:
Heu quantum Phrygii sanguinis illa vehit!
Dixerat: in cursu famulæ rapuere furentem;
At mihi flaventes diriguere comæ.
Ah nimiùm misera vates mihi vera fuisti:
Possidet en saltus illa juvenca meos!

Menelaus. Lacæna Helena à Laconia regione, ubi nata est.

Menelaũ intelligit, qui Agamemnone erat inferior.

Verissima sententia.

Andromache Hectoris conjux.

* *cadunt.* In Paride levitatem arguit.

Cassandræ eversionis Trojanæ vaticinium.

Proverbium Helenã metaphoricè intelligit.

Thefeus Helenam adhuc juvenis rapuit.

Sit facie quamvis infignis, adultera certe eft,
Deferuit patrios hofpite capta deos.
Illam de patria Thefeus (nifi nomine fallor)
Nefcio quis Thefeus abftulit arte fua.

Omnia cogit amor.

A juvene, & cupido credatur reddita virgo?
Unde hoc compererim tam bene, quęris? amo.
Vim licet appelles, & culpam nomine veles:

Toties, invidiosè, cum bis tantum rapta fuerit.

Quæ toties rapta eft, præbuit ipfa rapi.
At manet Oenone fallenti cafta marito,
Et poteras falli legibus ipfe tuis.
Me Satyri celeres (filvis ego tecta latebam)

A pudicitia fe commendat.

Quæfierant rapido, turba proterva, pede.
Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta,
Faunus in immenfis, qua tumet Ida, jugis.

Phœbus.

Me fide confpicuus Trojæ munitor amavit,
Ille mea fpolium virginitatis habet.
Id quoque luctando, rupi tamen ungue capillos,
Oraque funt digitis afpera facta meis.
Nec pretium ftupri, gemmas, aurũque popofci:

Perecelebris fententia.

Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Adone Apollinis fe commendat.

Ipfe ratus dignam, medicas mihi tradidit artes,
Admifitque meas ad fua dona manus.
Quæcũq; herba potens ad opẽ, radixq; medendi,
Utilis in toto nafcitur orbe, mea eft. (bis?
Me miferam, quod amor nõ eft medicabilis her-
Deficior prudens artis ab arte mea.

Apollo, amore Alceftræ raptus.

Ipfe repertor opis vaccas paviffe Pheraas
Fertur, & à noftro faucius igne fuit.
Quod neque graminibus tellus fæcunda creadis,

Admeti regis Theffaliæ pavit armenta.

Nec Deus auxilium tu mihi ferre potes.
Et potes, & merui. digna miferere puellæ:
Non ego cum Danais arma cruenta fero.

Sed

Sed tua sum, tecumque fui puerilibus annis,
Et tua, quod superest temporis, esse precor.

Pheræ civitas Thessaliæ

IN VI. EPIST. ARGUMENTUM.

Monitus oraculo Pelias Neptuni filius, tunc illi propinquam fore amorem, cum patri sacrificanti aliquis pede nudo sibi supervéniret, cui annua sacra peragenti Iason Æsonis filius, ejusque nepos, dimisso in limo Anauri fluvii calceamento, ad sacra properans, altero pede exuto occurrit. Pelias igitur, oraculi memor, Jasoni suasit, ut Colchon iret aureũ vellus quæsiturus, sperans illic eum periturum, cum audisset opus esse humanis viribus insuperabile. Jason autem veluti magnanimus expeditionem libenter assumens, ac multis Græciæ nobilibus convocatis, Argo navem ex Pegaso Thessaliæ sinu solvens, Lemnon Insulam delatus est, ubi cùm mulieres viros omnes cõmuni consilio una nocte interemissent, Hypsipyle, Thoantis filia, quem sub falsam mortis simulationem & hospitio, & lecto liberalissimè excepit. Verùm jam duobus annis peractis, orantibus sociis, & exigente tempore, ut prædictam expeditionem perficeret, Hypsipylem prægnantem relinquens, Colchos navigavit, ubi arte Medeæ dracone sopito, taurisque superatis, aureum illud Vellus adeptus, illam secum adduxit: quare Hypsipyle Medeam sibi prælatam dolens, hac epistola Iasoni de prospero reditu congratulando, in contemptum ejus, crudelitatem, atque incantationes execrans, vertere nititur. Postremò in Iasonem, & Medeam imprecatur.

HYPSIPYLE IASON

Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina
Diceris, aurata vellere dives ovis.
Gratulor incolumi, quantũ sinis: hoc tamen ipso
Debueram scripto certior esse tuo.

Nam

Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires,
Cùm cuperes, ventos non habuisse potes.
Quamlibet adverso signetur epistola vento:
Hypsipyle missa digna salute fui.
Cur mihi fama prior, quã nuntia littera venit?
Isse sacros Martis sub juga panda boves.
Seminibus jactis segetes adolesse virorum,
Inque necem dextra non eguisse tua.
Pervigilem spolium pecudis servaße draconem,
Rapta tamen forti vellera fulva manu.
Hæc ego si possem timidæ credentibus ista,
Ipse mihi scripsit, dicere quanta forem?
Quid queror officium lenti ceßasse mariti?
Obsequium, maneo si tua, grande tuli.
Medea. *Barbara narratur venisse venefica tecum,*
*In mihi promissi parte * recepta tori.*
recepta. *Credula res amor est: utinam temeraria dicar,*
Criminibus falsis insimulaße virum.
Nuper ab Hæmoniis hospes mihi Thessalus oris
A quo acceperat. *Venerat, & tactum vix bene limen erat.*
Æsonidis, dixi, quid agit meus? ille pudore
Hæsit in opposita lumina fixus humo.
Protinùs exilui, tunicisque à pectore ruptis.
Synecdoche. *Vivit, an (exclamo) me quoque fata trahunt?*
Vivit, ait, timidumque mihi jurare coegi,
Vix mihi, teste Deo, credita vita tua est.
Boves eripedes ignivomi ab Jasone domiti. *Ut animus rediit, tua facta requirere cœpi,*
Narrat ahenipedes Martis araße boves.
Vipereos dentes in humum pro semine jactos,
Et subitò natos arma tulisse viros.
Draconis dentibus seminatis gi- *Terrigenas populos civili Marte peremptos,*
Impleße ætatis fata diurna suæ.

De-

Devicto serpente, iterùm, si vivat Jason
Quærimus, alternant spesque, timorq fidem.
Singula dùm narrat, cursu, studioque loquendi,
Detegit ingenio vulnera facta tuo.
Heus ubi pacta fides? ubi connubialia jura?
Faxque sub arsuros dignior ire rogos?
Non ego sum furtim tibi cognita: pronuba Juno
Adfuit, & sertis tempora vinctus Hymen.
Ac mihi, nec Juno, nec Hymen, sed tristis Erynnis
Prætulit infaustas sanguinolenta faces.
Quid mihi cũ Minyis? quid cũ Tritonide pinu?
Quid tibi cum patria navita Tiphy mea?
Non erat hic aries villo spectabilis aureo,
Non senis Æeta regia: Lemnos erat.
Certa fui primo (sed me mala fata trahebant)
Hospita fęminea pellere casta manu.
Lemniadesq; viros nimiũ quoq, vincere norũt;
Milite tam forti vita tuenda fuit.
Urbe virum vidi, tectoque, animoque recepi,
Hic tibi bisque æstas, bisque cucurrit hyems.
Tertia messis erat, cùm tu dare vela coactus,
Implesti lacrymis talia verba tuis.
Abstrabor Hypsipyle, sed dẽt modo fata recursũ,
Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero.
Quod tamen à nobis gravida celatur in alvo,
Vivat, & ejusdem simus uterque parens.
Hactenùs & lacrymis in falsa cadentibus ora,
Cætera te memini non potuisse loqui.
Ultimus è sociis sacram conscendis in Argo,*
Illa volat, ventus concava vela tenet.
Cærula propulsa subducitur unda carinæ,
Terra tibi nobis aspiciuntur aquæ.

gantes nati mutuis vulneribus ceciderunt. Jasonis perjuriũ arguit.

Synecdoche.

Minyæ Argonautæ, qui ex Thessalia venerunt. Tritonidæ pinu Argo navem intelligit, artem Palladis ex pinu confectam synecresis.

Beneficia amplificat.

Jasonis verba.

*Argo.

Jasonis profectio Colchos.

In latus omne patens turris circumspicit undas,
Huc feror, & lacrymis osq; sinusque madent.
Per lacrymas specto, cupidaque faventia menti
Longiùs assueto lumina nostra vident.

Persolvenda pẽtasyllaba.

Addo preces castas, immistaque vota timori,
Nunc quoque te salvo persolvenda mihi.
Vota ego persolvam? votis Medea fruetur?
Cor dolet, atque ira mistus abundat amor.

Cũ indignatione ironia.

Dona feram templis? vivum quod Iasona perdo
Hostia pro damnis concidat ista meis?
Non equidem secura fui semperque verebar,
Ne pater Agricola sumeret urbe nurum.

Medeã maleficio, & magica arte accusat.

Argolicas timui: nocuit mihi barbara pellex,
Non especttata vulnus ab hoste tuli.
Nec facie, meritisq; placet, sed carmine movit,
Diraque cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.
Illa refranat aquas, obliquaque flumina sistit,
Illa loco silvas, vivaque saxa movet.
Per tumulos errat sparsis discincta capillis,
Certaque de tepidis colligit ossa rogis.
Devovet absenteis, simulacraque cerea fingit,
Et miserum tenuis in jecur urget acus.

*mage.

Et quę nescierim meliùs Malè quęritur herbis*
Moribus, & forma conciliandus amor.
Hanc potes amplecti? thalamoq; relictus in uno,
Impavidus somno nocte silente frui?
Scilicet ut tauros, ita te juga ferre coegit,
Quaque feros angues, te quoque mulcet ope.

Rem à facto arguit.

Adde quod adscribi factis, procerumq; tuisque
Se favet, & titulo conjugis uxor obest.

At-

Atque aliquis Peliæ de partibus acta venenis
Imputat, & populum qui sibi credat, habet.
Non hæc Æsonides, sed filia Phasias Æëtine,
Aurea Phryxeæ, terga revellit ovis.
Non probat Alcimede mater tua, cõsule matrẽ,
Non pater à gelido cui venit axe nurus.
Illa sibi Tanai, Schyticaque paludibus unda
Quærat, & à patria Phasidos usque virum.
Mobilis Æsonide, vernaque incertior aura,
Cur tua polliciti pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras, cur nõ meus inde redisti?
Sim reducis conjux, sicut euntis eram.
Si te nobilitas, generosaque nomina tangunt:
En ego Minoo nata Thoante feror.
Bacchus avus, Bacchi conjux redimita corona,
Præradiat stellis signa minora suis.
Dos mihi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti,
Me quoque jam taleis inter habere potes.
Nunc etiam peperi, gratare ambobus Jason:
Dulce mihi gravida fecerat auctor onus.
Felix in numero quoq; sum, prolemq; gemellã,
Pignora Lucina bina favente dedi.
Si quæras, cui sint similes: cognosceris illis:
Fallere non norunt, cætera patris habent.
Legatos quos penè dedi pro matre ferendos,
Sed tenuit cœptas sæva noverca vias.
Medeam timui, plus est Medea noverca;
Medeæ faciunt ad scelus omne manus.
Spargere quæ fratris potuit lacerta per agros,
Corpora pignoribus parceret illa meis?
Hanc tamen, ò demẽs, Colchisq; ablate venenis,
Diceris Hypsipyles præposuisse toro.

Phasis Colchorum flumen.
Phryxus Aramantis filius aurei velleris Arietem, Helle sorore submersa Marti immolavit, & vellus in Templo suspẽdit.
Tanais Scythiæ fluv. ad Septẽtrionẽ.
A genere se commendat.
Thoas Bacchi ex Ariadnæ filius, Bacchus Ariadnæ cum novem gemmis suæ coronæ in astra mutavit.
Thoas, & Eumeus gemelli.
Amplificatio ex nomine.
Absyrtus Medeæ frater.
A fortiori argumentum.
Colchis pro

Colchidis. Medeam in contemtum adducit.

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo:
Me tibi, teque mihi tęda pudica dedit.
Prodidit illa patrem, rapui de cęde Thoanta;
Deseruit Colchos, me mea Lemnos habet.
Quid refert? scelerata piam si vincit, & ipso
Crimine dotata est, emeruitque virum.

Interrogatio cũ stomacho

Lemniadum facinus culpo, non miror, Iason,
Quamlibet iratis ipse dat arma dolor.
Dic age, si ventis (ut oportuit) actus iniquis
Intrasses portus, tuque, comesque meos.
Obviaque exissem fœtu comitata gemello,
Hiscere nempe tibi terra roganda fuit?
Quo vultu natos, quo me, scelerate, videres?
Perfidię, pretio, qua nece dignus eras?
Ipse quidem per me tutus, sospesque fuisses,
Non quia tu dignus, sed quia mitis ego.
Pellicis ipsa meos implessem sanguine vultus,
Quosque veneficiis abstulit ipsa suis.

Concludit per imprecationem.

Medea Medea forem, quod si quis ab alto
Iustus adest Votis Iuppiter ipse meis.
Quod gemit Hypsipyle, lecti quoq; subnuba nostri
Mœreat, & leges sentiat ipsa suas.
Utque ego destituor conjux, materque duorum,
A totidem natis orba sit, atque viro.
Nec malè parta diù teneat, pejusque relinquat:
Exulet, & toto quærat in orbe fugam.
Quam frati germana fuit, miseroque parenti
Filia: tàm natis, tàm sit acerba viro.
Cùm mare, cùm terras consumserit: aëra tentet:
Erret inops, exspes, cęde cruenta sua.
Hęc ego conjugio fraudata Thoantias oro,
Vivite devoto, nuptaque, virque toro.

IN

IN VII. EPIST. ARGUMENTUM.

Troja à Græcis eversa. Æneas, Anchisæ, & Veneris filius, raptis incendio secum penatibus, viginti navibus mare conscendit, qui tempestate vexatus, magna parte maris pererrata, in Lybiam quidem delutus est: ubi tunc Dido, ut Virgilius finxit, Beli filia, & Sichei Herculis Sacerdotis uxor, ex Tyro urbe profecta, fratris Pigmalionis, qui in cautus maritum ob ejus divitias interēptar, & sævitiam, & avaritiam fugiens, urbem novam Carthaginem condebat, à qua Æneas cum sociis liberalissimè susceptus, & amatus, cum ea concubuit. Verùm cum Mercurii monitu in Italiam sibi ab oraculo proximam navigare cogeretur Dido præsentiens, veluti quæ ardentissimo amoris flagrabat incendio, illum à navigandi, aut saltem differendi proposito revocare tentas, post multas tandem frustrà effusas preces, ad eum moribunda scripsit, quæ noverat mortis causam præbuisse.

DIDO ÆNEÆ.

Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Nec, quia te nostra sperem prece posse moveri
Alloquor; adverso vovimus ista Deo.
Sed merita & famã, corpusq; animamq; pudicum
Cùm malè perdiderim, perdere verba leve est.
Certus es ire tamen, miseramq; relinquere Dido,
Atque idem venti vela, fidemque ferent.
Certus es Ænea cum fœdere solvere naves,
Quæque ubi sunt nescis, Itala regna sequi.
Nec nova Carthago, nec te crescentia tangunt
Mœnia, nec sceptro tradita summa tuo.
*Facta fugis, *facienda petis, quærenda per orbē*
Altera, quæsita est altera terra tibi.

De morte se liberasse indicat.

Meander Fluvius longè tortuosus ex Anoctene mōte oriens.

Ab perfidis

Ab utili dissuasio.

* facienda

Ut terram invenias, quis eã tibi tradet haben-
Quis sua non notis arva tenenda dabis? (dã?
Alter habẽdus amor tibi restat, & altera Dido,
Quamque iterum fallas, altera danda fides.
Similitudinis vim amoris auget. *Quando erit, ut cõdas instar Carthaginis urbẽ,*
Et videas populos altus ab arce tuos?
Omnia si veniant, nec te tua vota morentur,
Unde tibi, quæ te sic amet, uxor erit?
Uror ut inducto cerata sulphure tęda,
Ut pia fumosi addita thura focis.
Æneas oculis semper vigilantibus hæret,
Ænean animo noxque, diesque refert.
Non sine pietate ad Venerem apostrophat. *Ille quidẽ malè gratus, & ad mea munera sur-*
Et quo (si non sim stulta) carere velim. (dus,
Non tamen Æneam, quãvis malè cogitet, odi:
Sed queror infidum, questaque pejus amo.
Inconstantia amantium. *Parce Venus nurui: durũq; amplectere fratrem*
Frater amor, castris militet ille tuis.
Aut ego quẽ cœpi, (neq; enim dedignor) amare,
Materiam curæ præbeat ille meæ.
In Ænea nimiam duritiem arguit. *Fallor, & ipsa mihi falsò jactatur imago,*
Matris ab ingenio dissidet ille suæ.
Te lapis, & montes, innataque rupibus altis
Robora, te sævæ progenuere feræ. (tis,
Aut mare, quale vides agitari nũc queq; ven-
Quò tamen adversis fluctibus ire paras. (sit
Ab imminẽtibus avocare laborat. *Quò fugis? obstat hyems, hyemis mihi gratia pro-*
Aspice, ut eversas concitet Eurus aquas.
Quod tibi maluerim, sine me debere procellis,
Justior est animo ventus, & unda tuo.
Non ego sum tanti, quod non merearis inique,
Ut pereas, dum me per freta longa fugis.
Exer-

Exerces pretiosa odia, & constantia magno,
Si, dum me careas, est tibi vile mori.
Jam venti ponent, strataque aqualiter unda,
Cæruleis Triton per mare curret equis.
Tu quoque cum ventis utinam mutabilis esset,
Et nisi duritia robora vincis, eris.
Quid si nescires insana quid aquora possent?
Experta toties tam malè credis aqua?
Ut pelago suadente etiam retinacula solvas,
Multa tamen latus tristia pontus habet.
Nec violasse fidem tentantibus aquora prodest,
Perfidia pœnas exigit ille locus.
Pracipuè cum lasus amor, quia mater amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.
Perdita, ne perdam timeo, noceam ve nocenti,
Neu bibat çquoreas naufragas hostis aquas.
Vive precor, sic te meliùs quam funere perdã,
Tu potiùs lethi causa ferere mei.
Finge age te rapido (nullũ sit in omine pondus)
Turbine deprehendi, quid tibi mentis erit?
Protinùs occurrent falsa perjuria lingua,
Et Phrigia Dido fraude coacta mori.
Conjugis ante oculos decepta stabit imago
Tristis, & effusis sanguinolenta comis.
Quicquid id est, totum merui, concedite dices,
Quaque cadent, in te fulmina missa putes.
Da breve sævitia spatium, pelagique, tuaque
Grande mora pratium, tuta futura via est.
Nec mihi tu parcatur, puero parcatur Julo,
Te satis est titulum mortis habere mea.
Quid puer Ascanius? quid Dii meruere Penates?
Ignibus ereptos obruet unda deos?

Triton Neptuni filius, & tubicen.

Ab experientia dissuadet. Expertę, passive.

Cythera Venus à Cythera insula, contra Cretam ex maris spuma nata fingitur.

Æneam sibi conciliat.

Artificiosæ conscientiæ recordationem in magnis periculis commemorat.

Ab impietate.

Creusa.

Sed neq; fers tecum, nec quæ mihi perfide jactas,
Presserunt humeros sacra, paterque tuos.
Omnia mentiris, neq; enim tua fallere lingua
Incipit à nobis, primaque plector ego.
Si quæras ubi sit formosi mater Iuli,
Occidit à duro sola relicta vero.

In Æneam promerita.

Hæc mihi narraras, at me movere merentem,
Illa minor culpa pœna futura mea est. (nent

A tempore Pathos.

Nec mihi mens dubia est, quin te tua numina dã.
Per mare, per terras, septima jactat hyems.
Fluctibus ejectum tuta statione recepi,
Vixque bene audito nomine regna dedi.
His tamen officiis utinam contenta fuissem,
Et mihi concubitus fama sepulta foret.
Illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum
Cæruleus subitis compulit imber aquis.
Audieram vocem: Nymphas ululasse putavi,
Eumenides fatis signa dedere meis.
Exige læse pudor pœnas, violata Sichæo,
Ad quem (me miseram) plena pudoris eo.
Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus,
Oppositæ frondes, velleraque alba tegunt.
Hinc ego me sensi noto quater ore citari,
Ipse sono tenui dixit, Elisa veni.
Nulla mora est, venio, venio tibi debita conjux,
Sed tamen admissi tarda pudore mei.
Da veniam culpæ, decepit idoneus auctor,
Invidiam noxæ detrahit ille meæ.
Diva parens, seniorque pater, pia sarcina nati,
Spem mihi mansuri ritè dedere viri.
Si fuit errandum causas habet error honestas,
Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

Eumenides infernales furiç per antiphrasiam, qui benovole non sint, sed alii proprio nomine ab εὐ id est bene, & μαν αι, furorem significat, quasi bene furentes dicta volunt, ad pudorem apostrophat.

Elisa Dido dicta est priori nomine.

Ab auctoritata.

Eneæ suum crimen purgat.

A fatis excu-

Du-

Durat in extremum, vitęque novissima nostrę,
Prosequitur fati, qui fuit ante, tenor.
Occidit internas conjux mactatus ad aras,
Et sceleris tanti pręmia frater habet.
Exul agor, cineresque viri, patriāque relinquo,
Et feror in duras hoste sequente vias.
Applicor ignotis, fratrique elapsa, fretoque,
Quod tibi donavi perfide, littus emo.
Urbem constitui, lateque patentia fixi
Mœnia, finitimis invidiosa locis.
Bella tument, bellis peregrina, & fœmina tentor
Vixque rudes portas urbis, & arma paro.
Mille procis placui, qui in me coiere, querentes,
Nescio quem thalamis præposuisse suis.
Quid dubitas vinctam Getulo tradere Iarbę?
Prabuerim sceleri brachia nostra tuo.
Est etiam frater, cujus manus impia posśit
Respergi nostro sparsa cruore viri
Pone deos, & quæ tangendo sacra profanas,
Non bene cœlestes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapsis igne futurus,
Pœnitet elapsos ignibus esse deos.
Forsitan & gravidam Dido, scelerate, relinquas,
Parsque tui lateat corpore clausa meo.
Accedet fatis matris miserabilis infans,
Et nondum nato funeris auctor eris.
Cumque parente sua frater morietur Iüli,
Pœnaque connexos auferet una duos.
Sed jubet ire Deus, vellem vetuisset adire,
Punica nec Teucris pressa fuisset humus.
Hoc duce (nempe Deo) ventis agitaris iniquis,
Et teris in rapido tempora longa freto.

Fatio infelicitates suas exponit.

Getulia pars Africæ

Infelicitatũ amplificatio

Catholica sententia.

Tangit quod Æneam flectere debeat

Per Ioniam Æneę discessum Mercurio imputat.

Tybris Italiæ fluvius ex Apenino

monte de- *Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore*
fluens. *Hectore si vivo, quanta fuere, forent.*
Nō patriū Simoënta petis, sed Tybridis undas,
Nempe, ut pervenias quò cupis, hospes eris.
Incommodis *Utque latet, refugitque tuas abstrusa carinas.*
commoda, *Vix tibi continget terra petita seni.*
subjicit, sa- *Hos populos potius in dotem, ambage remota,*
crata sceptra *Accipe, & advectas Pygmalionis opes.*
quoniam sub *Ilion in Tyriam transfer feliciùs urbem,*
Jovis tutela *Inque loco regis sceptra sacrata tene.*
erant Reges. *Si tibi mens avida est belli, si quaeris Julus*
Unde suo partus Marte, triumphus eat.
Quem superet, ne quid desit, praebebimus hostē,
Hic pacis leges, hic locus arma capit.
Adjuratio- *Tu modò per patrem, fraternaq; tela sagittas;*
nes. *Perque fuga comites Dardana sacra, deos.*
Sic superent quoscunque tua de gente reportas,
Mars ferus, & damni sit modus ille tui.
Ascaniusque suos feliciter impleat annos,
Et senis Anchisae molliter ossa cubent. (dam,
Phthia urbs *Parce, precor, domui, quae se tibi tradit haben-*
Thessaliae, à *Quod crimen dicis, praeter amasse, meum?*
qua Achilles *Non ego sū Phthias, magnisq; oriūda Mycenis.*
Phthius di- *Nec steterant in te virque, paterque meus.*
citur. *Si pudet uxoris, non nupta, sed hospita dicar,*
A nomine extenuatio. *Dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.*
A peritia, *Nota mihi freta sunt Afrum frangentia littus,*
dissuadet. *Temporibus certis dantque, negantq; viam.*
Cum dabit aura viam, praebebis carbasa vētis,
Nunc levis ejectam continet alga ratem.
Tempus ut observem, manda mihi; certiùs ibis,
Nec te, si cupies, ipse manere sinam.

Et

Et socii requiem poscunt, laniataque classis
Postulat exiguas semirefecta moras.
Pro meritis, & si qua tibi debebimus ultrà,
Pro spe conjugii tempora parva peto. (su,
Dum freta mitescũt, & amor dũ tempore, & u-
Fortiter edisco tristia posse pati:
Sin minùs, est animus nobis effundere vitam,
In me crudelis non potes esse diù.
Aspicias utinam quæ sit, scribentis imago:
Scribimus, & gremio Troicus ensis adest.
Perq; genas lacrymæ strictum labuntur in ensẽ,
Qui jam pro lacrymis sanguine tinctus erit.
Quam bene cõveniunt fato tua munera nostro!
Instruis impensa nostra sepulchra brevi.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo,
Ille locus sævi vulnus amoris habet. (pa,
Anna soror, soror Anna meæ malè conscia cul-
Jam dabis in cineres ultima dona meos.
Nec consumta rogis inscribat Elisa Sichæi,
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.
Præbuit Æneas, & causam mortis, & ensem
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

Differendi alia ratio.

A beneficiis deprecatio.

Hypallage.

Per commiserationem apostrophe.

Didonis epitaphium.

IN VIII. EPIST. ARGUMENTUM.

Hermione, Menelai, & Helenæ filia, à Tyndaro avo materno, cui domum commendarat Menelaus, dum iret ad Trojam, Oresti, Agomemnonis, & Clytemnestræ filio despõsata est, quam etiam Menelaus hujusce rei inscius, Pyrrho Achillis filio ante Trojam promisit, qui tandem reversus Hermionem rapuit; sed cùm Pyrrhi cõnubium maximo odio haberet, & Orestem adamaret, clàm per nuntium monuit facilè posse à Pyrrhi vinculis liberari, quod quidem est assecuta,

secuta: quam Orestes post Ægisthi, matrisque cædem furore purgatus, Pyrrho in Templo Apollinis interfecto eam recepit.

HERMIONE ORESTÆ

Alloquor, Hermione, nuper, fratrẽq; virũq;
Nunc fratrem, nomẽ conjugis alter habet.
Pyrrhus Achillides, animosus imagine patris,
Inclusam contra jusque piumque tenet.

Verba Hermiones ad Pyrrhum.

Quod potui, renui, ne non invita tenerer;
Cætera fœminea non voluere manus.
Quid facis Æacide; non sum sine vindice, dixi,
Hæc tibi sub domino est, Pyrrhe, puella suo est.
Surdior ille freto clamantem nomen Orestis,
Traxit inornatis in sua tecta comis.
Quid graviùs capta Lacedæmone serva tulissẽ,
Si raperet Graias barbara turba nurus?

Regio pro persona,

Parcius Andromachẽ vexavit Achaia victrix,
Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.
At tu cura mei, si te pia tangit, Oreste,
Injice non timidas in tua jura manus.

A minori.

An, si quis rapiat stabulis armenta reclusis
Arma feras? rapta conjuge, lentus eris.

A Menelai exemplo sua det.

Sit socer exemplo nuptæ repetitor ademtæ,
Cui pia militiæ causa puella fuit:
*Si socer ignavus vacua * sterisset in aula,*
Nupta foret Paridi mater, ut ante fuit.

sedisset.

Nec tu mille rates, sinuosaque vela parabis,
Nec numeros Danai militis: ipse veni.

A facili.

Sic quoq; eram repetẽda tamen: nec turpe marito
Aspera pro caro bella tulisse toro.

Ab agnatione Pelops, Atrei pater.

Quid? quòd avus nobis idem Pelopeius Atreus?
Et si non esses vir mihi, frater eras.

Vir

Vir precor uxori, frater succurre sorori,
Instant officio nomina bina tuo.
Me tibi Tyndareus vita gravis auctor,& annis
Tradidit:arbitrium neptis habebat avus.
At pater Æacidæ promiserat inscius acti,
Plus quoque qui prior est ordine,possit avus.
Cum tibi nubebam, nulli mea tęda nocebat:
Si jungar Pyrrho, tu mihi læsus eris.
Et pater ignoscet nostro Menelaus amori,
Succubuit telis prępetis ipse Dei.
Quem sibi permisit, genero permittet amorem,
Proderit exemplo mater amata suo.
Tu mihi,quod matri pater es,quas gesserat olim
Dardanius parteis advena, Pyrrhus agit.
Ille licet patriis sine fine superbiat actis,
Et tu,quæ referas, actu parentis habes.
Tantalidas omnes,ipsumque regebat Achillem,
Hic pars militiæ dux erat,ille ducum.(tem,
Tu quoq;habes proavū Pelopem,Pelopisq; parē-
Si meliùs numeres,à Jove quintus eris.
Nec virtute cares, arma invidiosa tulisti:
Sed tu quid faceres?induit illa pater.
Materia vellem fortis meliore fuisses,
Non lecta est operi sed data causa tuo.
Hanc tamē implesti,juguloque Ægysthus aperto
Tecta cruentavit, quæ pater ante tuus.
Increpat Æacides,laudemq; in crimina vertit,
Et tamen aspectus sustinet ille meos. (cunt,
Rumpor,& ora mihi pariter cum mente tumes-
Pectoraque inclusis ignibus usta dolent.
Hermione coram quicquamne objecit Oresti?
Nec mihi sunt vires,nec ferus ensis adest.

Tyndarus avus maternus Hermiones.

Cupido.

Paridi Pyrrhum comparat.

In generis nobilitate Orestē Pyrrho prępponit.

Tantalidas Agamemnō à Tantalo proavo.

Juppiter Tātalum, Tantalus Pelopem,Pelops, Phylistenem Phylistenes, Agamemnonem.

Oresti patrē genuit.

Perenne pro perenni.

In fatum culpam vertit.

Rethorica occupatio.

Fle-

Juppiter in cygnũ Tædã compressit.

Flere licet certè: flendo diffundimus iram,
Perque sinũ lacrymæ fluminis instar eunt.
Has semper solas habeo, semperque profundo,
Hument inculta fonte perenne genæ.

Pelops curuli certamine Hyppodamiæ conjugio potiùs; est versus licentiosus.

Hoc generis fato, quod nostros errat in annos,
Tantalides matres apta rapina sumus.
Non ego fluminei referam mendacia cygni,
Nec querar in plumis diliteuisse Jovem.
Qua duo porrectus longè freta distinet Isthmos,
Vecta peregrinis Hyppodamia rotis.

Rapta à Theseo Helena, à fratribus Castore, & Polluce recuperata est: posteà à Paride rapitur.

Castori Amiclæo, & Amiclæo Polluci,
Reddita Mopsopia Tænaris urbe soror.
Tænaris Idæo trans æquora ab hospite rapta,
Argolicas pro se vertit in arma manus.
Vix equidẽ memini, memini tamen omnia luctus,

Amanchlæ urbs Laconię

Mopsopia Atticæ urbs, à Mopsopo Rege.

Omnia solliciti plena timoris erant.
Flebat avus, Phœbeque soror, fratresq; gemelli,
Orabat superos Leda, suumque Jovem.
Ipsa ego non longos etiam tunc scissa capillos,
Clamabam, sine me, me sine, mater, abis?

Neptolemus Pyrrhus, quasi novus pugnator.

Nam conjux aberat, nec non Pelopeja credar,
Ecce Neoptolemo præda parata fui.
Pelides utinam vitasset Apollinis arcus,
Damnaret nati facta proterva parens.

Directa in pedẽ Achillis sagitta à Paride in Apollinis Tẽplo interimitur.

Nec quondã placuit, nec nunc placuisse Achilli
Abducta viduum conjuge flere virum.
Quæ mea cœlesteis injuria fecit iniquos?
Quod mihi væ miseræ sidus obesse querar?
Parva mea sine matre fui, pater arma gerebat,
Et duo cùm vivant, orba duobus eram.

Ad matrem apostrophat

Non tibi blãditias primis mea mater in annis,
Incerto dictas ore puella tuli.

Non

Non ego captavi brevibus tua colla lacertis,
Non sedi gremio sarcina grata tuo
Non cultus tibi cura mei, nec pacta marito
Intravi thalamos matre parente novos.
Obvia prodieram reduci tibi, (vera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat (sensi;
Te tamen esse Helenen, quod eras pulcherrima,
Ipsa requirebas, quæ tibi nata foret.
Pars hæc una mihi conjux bene cessit Orestes;
Hic quoque (ni pro se pugnet) ademtus erit.

In hoc tantũ felix, quod Orestem maritum nacta sit.

Pyrrhus habet captã reduce, & victore parẽte:
Munus, & hoc nobis diruta Troja dedit.
Cùm tamẽ altus equis Titan radiãtibus instat,
Perfruor infelix liberiore malo. (mentem
Nox ubi me thalamis ululantem, & acerba ge-
Condidit, in mœsto procubuique toro.
Pro somno lacrymis oculi funguntur abortis:
Quaque licet, fugio, sicut ab hoste, virum.
Sæpe malis stupeo, rerumque oblita, locique,
Ignara tetigi Scyria membra manu.
Utque nefas sensi, malè corpora tacta relinquo,
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Orestæ
Exit, & errorem vocis, ut omen, amo.

In Scyro Lycomedis insula furtivo concubitu natus est Pyrrhus.

Per genus infelix juro, generisque parentem,
Qui freta, qui terras, & sua regna quatit.
Per patris ossa tui, patrui mihi, quæ tibi debẽt,
Quod se sub tumulo fortiter ultà jacent.
Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in ævo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero.

Jurejurando intentum colligit.

IN IX. EPIST. ARGUMENTUM.

Herculem Juppiter ax Alcumena, sub forma Amphitryonis mariti oppressa, tribus noctibus in unam junctis genuit, quem Eurystheus Rex Mycenarum, Junonis astutia, ut sic ille periret, ad arduos labores incitavit. Sed cùm robore corporeo, atque ingenio valeret, semper victor evasit: inter quos Achelöum Ætoliæ fluvium, in varias sese vertentem figuras, ob Deianeiræ conjugium in Taurum tandem debellavit, & profectò, quamvis reliqua monstra viriliter superaverit; amori muliebri succubuit; nam cùm Euritus Rex Occaliæ, Iolem filiam ei promissam denegasset, urbe capta, & Eurito occiso, Iolem obtinuit: cujus amore ità cæcatus est, ut ea jubente, leonis spolium, & clavam deposuerit, & (quod turpiùs est) inter Iolæ pedissequas cultu fœmineo indutus, verè nõ erubuit. Denique quiedquid priùs sub Omphale Lydiæ Regina, ex qua genuerat Lamum, tolleraverat, ea Iole perpessus est. Cùm igitur Deianeira, Oenæ Regis Calidoniæ filia, ejus uxor, illum nam illacebri omore captum recisset, ex volnntate adversariorum factum vituperans, ad eum scripsit. Ponit autem illi aute oculos egregia illa sua priora facinora, ut comparatione infamiam apertiorem faciat. Sed cùm inter scribendum accepisset nuncium de Herculis calamitate,, ob vestem Nessi Centauri sanguine intoxicatam, à se missam, in qua vim revocandi ab alienis amoribus inesse credebat, (id enim Oessus illi in trajectu Eveni fluvii suaserat, cùm ab Hercule sagitta, Lernæo veneno infecta, confossus esset,) gravissimo dolore compressa, facinus suum purgando, ut non ultrò, sed ut illum in sui amore retineret, fecisse videatur, de suspendio deliberat.

DEIANEIRA HERCULI.

Alii hæc duo carmina non legunt.

Mitter ad Alciden à conjuge conscia mẽtis
Littera, si conjux Deianira tua est.

Gra-

Gratulor Oechaliam titulis accedere vestris,
Victorem victæ succubuisse queror.
Fama Pelasgiadas subitò pervenit in urbes
Decolor, & factis inficienda tuis.
Quem nunquam Juno, seriesq; immensa laborū
Fregerit, huic Iolen imposuisse jugum.
Hoc velit Eurystheus, velit hoc germana tonātis
Lætaque sit vita labe noverca tua.
At non ille venis, cui nox, si creditur, una
Non tanti, ut tantus conciperere, fuit. (do
Plus tibi, quam Juno, nocuit Venus: illa premē-
Sustulit; hæc humili sub pede colla tenet.
Respice vindicibus pacatum viribus orbem,
Quà latam Nereus cœrulus ambit humum.
Si tibi pars terræ, tibi si tuta æquora debent,
Implesti meritis Solis utramque domum.
Quod te laturum est, cœlum prior ipse tulisti:
Hercule supposito sidera fulsit Atlas.
Quid nisi notitia est misero quæsita pudori,
Si maculas turpi facta priora nota?
Tene ferunt geminos pressisse tenaciter angues,
Cum tener in cunis jam Jove dignus eras?
Cœpisti meliùs, quàm desinis: ultima primis
Cedunt: dissimiles, hic vir, & ille puer.
Quem nō mille feræ, quē non Stheneleius hostis,
Non potuit Juno vincere, vicit amor.
At bene nupta feror, quia nominer Herculis uxor:
Sitq; socer rapidis, qui tonat altus equis
Quā malè inæquales veniunt ad aratra juvēci
Tàm premitur magno conjuge nupta minor.
Non honor est, sed onus, species læsura ferentē,
Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Taxat Herculem, quod non respondeat spei.

Orientem, & Occidentem intelligit.

Fesso Atlanti Hercules præstitit vicem.

Angues immissi à Junone.

Attende amoris potētiam.

Species, pro dignitate generalis sententia.

Vir

Ab arte auspicia pathos, quoniã illos in exilium miserat Eurystheus arbiter, dispensator Herculis.

Vir mihi semper abest, & conjuge notior hospes,
Monstraq; terribiles persequiturque feras.
Ipsa domo vidua, votis operata pudicis,
Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.
Inter serpentes, aprosque, avidosque leones
Jactor, & esuros terna per ora canes.
Me pecudũ fibra, simulacraque inania somni,
Omniaque arcana nocte petita movent.
Aucupor infelix incerta murmura famæ,
Speque timor dubia, spesque timore cadit.

Adulteria per Rhetoricam occupationem detegit.

Mater abest, queriturque Deo placuisse potẽti,
Nec pater Amphitryõ, nec puer Hyllus adest.
Arbiter Eurystheus iręJunonis iniqua,
Sentitur nobis, iraque longa Deæ. (res,
Hęc mihi ferre parũ est, peregrinos addis amo-
Et mater de te qualibet esse potest.

Parthemius mons Arcadiæ à virginibus illic veneratus, Parth. nunc virgo dicitur Auges Aloci Regis Arcad. filia ex Hercule Thelephũ genuit, sicut Astidamia Ormeni filia Tesippũ Hercyles 50. Thespis Erithei Athen. filias una nocte stupravit, ex qui-

Nõ ego Parthenus temerata vallibus Augen,
Nec referam partus, Ormeni Nympha tuos.
Nec tibi crimen erant Theutrantia turba soro-
Quarũ de populo nulla relicta tibi est. (res,
*Una*recens crimen prefertur adultera nobis,*
Unde ego sum Lydo facta noverca Lamo.
Maandros, toties, qui terris errat in isdem,
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas.
Vidi in Herculeo suspensa monilia collo,
Illo, cui cœlum sarcina parva fuit.
Non puduit forteis auro cohibere lacertos,
Et solidis gemmas apposuisse toris.
Nempe sub his animã pestis Nemeaa lacertis
Edidit, unde humerus tegmina lęvus habet.
Ausus es hirsutos mitra redimere capillos,
Aptior Herculea populus alba coma.

Nec te Maonia lasciva more puella,
Incingi zona dedecuiße putas
Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pavit equos.
Si te vidißet cultu Busiris in isto,
Huic victor victo nempe pudendus eras.
Detrahat Antaeus duro redimicula collo,
Ne pigeat molli succubuiße viro.
Inter Ioniacas calathum tenuiße puellas
'Diceris, & dominae pertimuiße minas.
Non fugis, Alcide, victricem mille laborum,
Rasilibus calathis imposuiße manum?
Crassaque robusto deducis pollice fila,
Aequaque formosae pensa rependis herae.
Ah quoties, digitis dum torquis stamina duris,
Praevalida fusos comminuere manus!
(Crederis, infelix, scuticae tremefactus habenis,
Antè pedes dominae pertimuiße minas.)
Eximiis pompis praeconia summa triumphi,
Factaque narrabas dissimulanda tibi.
Scilicet immanès elisis faucibus hydros,
Infantem Cunis involüiße manum.
Vt Tegeeus aper cupreßi fero Erymanthō
Incubet, & vasto pondere ladat humum.
Non tibi Threiciis affixa penatibus ora,
Non hominum pingues caede tacentur equae.
Prodigiumque triplex, armenti dives Iberi
F Ge-

bus 50. filios genuit, qui Thespiades sunt cognominati. Teuthrantus Attic. oppid. Una recens, Onphalem Maeoniae, sive Lydiae reginā intelligit Diomed. Rex Thracię carnibus advenarū suos equos alebat: quēHercules tandem ipsis equis devorādum objecit Busiris Rex Aegypti, qui horas Niso adiacentes cruenta forensium hospitum cædę infestabat. Anteus terrę filius altius sublevatus mactatur.

Jonia Graeciae regio, Meandro finitima. Scutica flagellum ex corio, quo verberabantur servi. σκῦτον, nunc corium, vel pellis Tegaeus Arca dictus, à Tegaeo Arcadiae oppido. Erymanthus mons Arcadiae, in quo aprum agrorum vastatorem Hercules domuit.

Geryon tricorpor. in Hispania regnabat.

Geryones, quamvis in tribus unus erat.
Inque canes totidem trunco digestus ab uno,
Cerberos, implicitis angue minante comis.
Quaque redundabat fœcundo vulnere serpens
Fertilis, & damnis dites ab ipsa suis.
Quæq; inter livumq; latus levumq; lacertum,
Prægrave compressa fauce pependit onus.
Et male confisum pedibus, formaq; bimembri,
Pulsum Theßalicis agmen equestre jugis.

Sidon urbs Phæniciæ, ubi optima inficiebatur purpura.

Hæc tu Sidonio potes insignitus amictu
Dicere? num cultu lingua retenta silet?
Se quoq; nympha tuis ornavit Jardanis armis,
Et tulit è capto nota trophæa viro.

Omphale Jardani filia ironia.

I nunc, tolle animos, & fortia gesta recense,
Quod tu non esse jure, vir illa fuit.
Quà tantò minor es, quantò te maximè rerum,
Quàm quos vicisti, vincere majus erat.
Illi procedit rerum mensura tuarum,
Cede bonis, hæres laudis amica tuæ.

Caute arguit

Pro pudor! hirsuti costis exuta leonis
Aspera texerunt vellera molle latus.
Falleris, & nescis: non sunt spolia ista leonis,
Sed tua; tuque feri victor es, illa tui.

Clava à Vulcano ad domandas feras Herculi tradita.

Fœmina tela tulit Lernæis atra venenis,
Ferre gravem lana vix satis apta colum.
Instruxitque manum clava domitrice ferarum
Vidit, & in speculo conjugis arma sui.

Jolem intelligit.

Hæc tamen audieram, licuit non credere famæ,
Et venit ad sensus mollis ab aure dolor.

Per urbem Tyrinthum, ubi Dejaneira degebat.

Ante meos oculos adducitur advena pellex:
Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.
Non sinis averti? mediam captiva per urbem

In-

Invitis oculis aspicienda venit.
Non venit incultis captarum more capillis,
Fortunam vultus fassa tegendo suos.
Ingreditur latè multo spectabilis auro,
Qualiter in Phrygia tu quoque cultus erat.
Dat vultum populo sublimis, ut Hercule victo,
OEchaliam vivo stare parente putes.
Forsitan & , pulsa Ætolide Deianira,
Nomine deposito pellicis, uxor erit.
Eurytidosque Joles, atque insani Alcide,
Turpia famosus corpora junget Hymen.
Mens fugit admonitu, frigusq; perambulat artus,
Et jacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cũ multis (sed me sine crimine amasti)
Ne pigeat, pugna bis tibi causa fui.
Cornua flens legit ripis Achelous in udis,
Truncaque limosa tempora mersit aqua.
Semivir occubuit in letifero Eveno
Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.
Sed quid ego hæc refero? scribenti nuncia venit
Fama virum tunica tabe perire mea.
Hei mihi! quid feci? quò me furor egit amantem?
Impia quid dubitas Deianira mori?
An tuus in media conjux lacerabitur Oeta?
Tu sceleris tanti causa superstes eris?
Si quid adhuc habeo facti, Cur Herculis uxor
Credar? conjugii mors mihi pignus erit.
Tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem,
Impia quid dubitas Deianira mori?
Heu devota domus! solio sedet Agrius alto.
Oenea desertum nuda senecta premit.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris,

Conjecturã firmat.

Patronimicum à patria Ætolia, regio Græciæ, dicta ab Ætolo Endimionis filio.

Ahelous fluvius, Oceani, & terræ filius.

Oeta mons inter Thessaliam, & Macedoniam, rogo, sepulcroque Herculis insignis, à quo Hercules Oetes nominatur.

Meleagrus duos avunculos interfecit, quapropter mater illum in fatali stipite extinxit, se quoque tandem occidit.

Tydeus fratrem Menalippum venando im-

Alter fatali vivus in igne fuit.
Exegit ferrum sua per præcordia mater,
Impia quid dubitas Deianira mori?
Deprecor hoc unum per jura sacerrima lecti,
Ne videar thalamis insidiata tuis.
Neßus, ut est avidũ percussus arundine pectus,
Hic, dixit, vires sanguis amoris habet.
Illita Nessæo misi tibi texta veneno,
Impia quid dubitas Deianira mori?
Jamque vale seniorq; pater, germanaque Gorge,
Et patria, & patriæ frater ademte tua.
Et tu, lux oculis hodierna novissima nostris,
Virque (sed ò possis) & puer Hylle, vale.

prudens occidit, & ob id patriá fugit.

Ad interitũ jam itura suos salutat.

IN X. EPIST. ARGUMENTUM.

Minos, Jovis, & Europæ filiui, Cretensis Rex, ob Androgeum filium, ab Atheniensibus dolosè occisum, illos tandem post acria bella coegit, ut sibi pœnas penderent, quotannis pueros septem, & totidem virgines mittere, ut Minotauro (quem arte Dedali Pasiphæ ex Tauro genuerat, dum ejus maritus Minos cum Atheniensibus bellum gerebat,) devorandi traderentur. Cùm verò sors Theseo contigisset, ab Ariadne edoctus est, quonam pacto, interfecto Minotauro, ex labyrintheis ambagibus egrederetur; errabunda Reges tenui vestigia filo, ut ait Catullus. Theseus autem Creta cum Ariadne, & Phædra discedens, in Naxon insulam delatus est: ubi à Baccho monitus, ut Ariadnem relinqueret, qui Dei timore perculsus, dum altissimo somno pressam animadverteret, puellam dimisit. Quum primùm igitur expergefacta est, & hanc epistolam scripsit, in qua de crudelitate, & duritia Thesei, ac beneficiorum ingratitudine conqueritur, cùm post multas lamentationes, & querelas rogando, ut navem ad eam flectat.

ARIAD-

ARIADNE THESEO.

Illa relicta feris esset nunc improbe Theseu,
Vivit, & hac aqua mente tulisse velis. Multi hæc duo carmina non habent.
Mitiùs inveni, quam te genus omne ferarum;
Credita non ulli, quam tibi, pejus eram.
Quæ legis, ex illo, Theseu, tibi littore mitto,
Unde tuam sine me vela tulere ratem.
In quo me, somnusq; meus malè prodidit, & tu,
Proh facinus! somnis insidiate meis.
Tempus erat, vitrea quò primùm terra pruina A temporè pathos.
Spargitur, & tecta fronde queruntur aves.
Incertum vigilans, an somno languida movi,
Thesea prensuras semisopita manus.
Nullus erat, referoque manus iterumq; retento,
Perque torum moveo brachia: nullus erat.
Excussere metus somnum, conterrita surgo,
Membraque sunt viduo præcipitata toro.
Protinùs adductis sonuerunt pectora palmis,
Utque erat è somno turbida, rapta coma est.
Luna fuit: specto, si quid, nisi littora cernam,
Quod videant oculi, nil, nisi littus habent.
Nunc huc, nunc illuc, & utroq; sine ordine curro,
Alta puellares, tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore, Theseu,
Reddebant nomen concava saxa tuum.
Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat, Videtur Dryonem montem significare, in quem à Baccho delata. Ariadne nũquam dein-
Ille locus misera ferre volebat opem.
Mons fuit, apparent frutices in vertice rari,
Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.
Ascendo, vires animus dabat, atque ita latè
Æquora prospectu metior alta meo.

ceps comparuit. *Inde ego (nam ventis quoq; sum crudelibus usa)*
Vidi præcipiti carbasa tenta Noto:
Aut vidi, aut etiam cùm me vidisse putarem,
Frigidior glacie, semanimisque fui.
Nec languere diù patitur dolor. excitor illo,
Apta conduplicatio. *Excitor, & summa Thesea voce voco.*
Quò fugis? exclamo, scelerate revertere Theseu,
Flecte ratem. numerum non habet illa suum.
Hæc ego, quod voci deerat, plangore replebam:
Relictorum à sociis nautarum exprimit. *Verbera cum verbis mista fuere meis.*
Si non audires, ut saltem cernere posses,
Jactatæ latè signa dedere manus.
Candidaque imposui longæ velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.
Jamque oculis ereptus eras, tum denique flevi,
Torpuerant molles antè dolore genæ.
Quid potiùs facerent, quod me mea lumina flerent,
Postquam desieram vela videre tua?
Aut ego diffusis erravi sola capillis;
Ogyges Thebarum Rex, hinc Ogygius Bacchus id. Thebanus *Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.*
Aut mare prospiciens, in saxo frigida sedi,
Quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui.
Sæpe torum repeto, qui nos acceperat ambos,
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua, quæ possum pro te vestigia tango,
Strataque, quæ membris intepuere tuis.
Incumbo, lacrymisque toro manante profusis,
Pressimus, exclamo, te duo, redde duos.
Ad lectum apostrophe. *Venimus huc ambo, cur non discedimus ambo?*
Perfide; pars nostri lectule major ubi est?
Quid faciam? quò sola ferar? vacat insula cultu,
Non hominum video, non ego facta boum.

Omne latus terra cingit mare: navita nusquam
Nulla per ambiguas puppis itura vias.
Finge dari comitesq; mihi, ventosq; ratemque,
Quid sequar? accessus terra paterna negat.
Ut rate felici pacata per aequora labar,
Temperet & ventos Aeolus; exul ero.
Non ego te, Crete, centum digesta per urbes
Aspiciam, puero cognita terra Jovi.
Nam pater, & tellus justo regnata parente,
Prodita sunt facto nomina cara meo.
Cùm tibi, ne victor tecto morerere recurvo,
Quae regerent passus, pro duce, fila dedi.
Cùm mihi dicebas, per ego ipsa pericula juro,
Te fore, dùm nostrum vivet uterque, meam,
Vivimus, & non sum, Theseu, tua, si modò vivis
Foemina, perjuri fraude sepulta viri.
Me quoq; qua fratrem mactasses improbe clava:
Esset, quam dederas, morte soluta fides.
Nunc ego non tantū quae sum passura, recordor,
Sed quaecumque potest ulla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figurae,
Morsq; minùs poena, quā mora mortis, habet.
Jam jam venturos aut hac, aut suspicor illa,
Qui lanient avido viscera dente, lupos.
Forsitan, & fulvos tellus alat ista leones,
Quis scit, an haec saevas insula tigres habet?
Et freta dicuntur magnas expellere phocas.
Quid vetat & gladios per latus ire meum?
Tantùm ne religer dura captiva catena,
Neve traham serva grandia pensa manu.
Cui pater est Minos, cui mater filia Phoebi,
Quodque magis memini, quae tibi pacta fui.

Commiserationem auget.

Crete insula in mediopōto, in qua Jupiter nutritus est

Periphrasis Labyrinthi.

Ut honestiùs perfidiam ostendat, jusjuranda repetit.

Minotaurus. Ariadnes frater.

Quāvis nec leones, nec tigres habeat insula Naxō, aptè tamen ut foemina dubitat.

Si mare, si terras, porrectaque litiora vidi,
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ.
Cœlum restabat, timeo simulacra Deorum,
Destituor rapidis præda, cibusque feris.
Sive colunt, habitantque viri, diffidimus illis,
Externos didici læsa timere viros.
Viveret Andrageos utinam, nec fata tulisses
Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Nec tua mactasset nodoso stipite, Theseu,
Ardua parte virum dextera, parte bovem.
Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dedissem,
Fila per adductas sæpe recepta manus.
Non equidem miror, si stat victoria tecum,
Strataque Cretæam bellua tinxit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea cornu,
Ut te non tegeres, pectore tutus eras.
Illuc tu silices, illic adamanta tulisti,
Illic qui silicem Thesea vincat, habes,
Crudeles somni; quid me tenuistis inertem?
At semel æterna nocte premenda fui.
Vos quoque, crudeles venti, nimiumque parati,
Flaminaque in lacrymas officiosa meas.
Dextera crudelis, quæ me fratremque necavit,
Et data poscenti nomen inane fides.
In me jurarunt somnus, ventusque, fidesque:
Prodita sum caussis una puella tribus.
Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo,
Nec mea, qui digitis lumina condat, erit.
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras,
Nec positos artus unget amica manus.
Ossa super stabunt volucres inhumata marinæ:
Hæc sunt officiis digna sepulchra meis.

Exoptatio ad commiserationē maximè apta.

A cecrope Athenariam Rege, cecropidæ vocantur Atheniēses.

Minotaurū intelligit.

Ad somnos, & ventus apostrophat.

Officium funebre, ubi defunctorū cōqueritur.

Ibis

Ibis Cecropios portus, patriaque receptus,
Cùm steteris urbis celsus honore tua.
Et bene narraris, letum taurique, virique,
Sectaque per dubias saxea tecta vias.
Me quoque narrato solam tellure relictam,
Non ego sum titulis surripienda tuis.
Nec pater est Ægeus, nec tu Pitheïdos Æthra
Filius, auctores saxa, fretumque tui.
Dii facerent, ut me summa de puppe videres,
Movisset vultus mœsta figura tuos.
Nunc quoq; nõ oculis, sed qua potes, aspice mente,
Herentem scopulo, quem vaga pulsat aqua.
Aspice demissos lugenteis in ore capillos,
Et tunicas lacrymis, sicut ab imbre, graveis.
Corpus, ut impulsa segetes Aquilonibus horret,
Litteraque articulo pressa tremente labat.
Non te per meritũ, quoniam malè cessit, adoro:
Debita sit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidem, si non ego caussa salutis:
Non tamen est, cur tu sis mihi caussa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora lassas,
Infelix tendo transfreta longa manus.
Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos,
Per lacrymas oro, quas tua facta movent.
Flecte ratem Thesei, versoque relabere vento,
Si priùs occidero, tu tamen ossa feres.

Ex Æthra, Pithei filia natus est Theseus.

Solita deprecatione epistolam claudit.

IN IX. EPIST. ARGUMENTUM.

Machareus, & Canace, Æoli regis ventorum filii; cùm turpiter se amarent, & consanguinitatis prætextu culpam tegentes concuberent, Canace filium peperit: quem dùm clàm è regia per nutricem emitteret, ut aleretur, infelix infans suo vagitu se avo prodidit,

didit, qui filiorum incensus scelere, innocuum infantem jussit canibus exponi, & per satellitem Canacæ gladium misit, quo ille pro meritis uteretur, ex quo se interfecisse creditur; Sed priùs quàm moreretur Machareo, qui jam in Templum Apollinis Delphici aufugerat, hac epistola casum suum narravit, illum precando ut expositi infantis ossa legat, & unà cum suis urna componat.

CANACE MACHAREO

Aliqui hæc duo carmina non legunt. Libellus pro epistola.

Æolis Æolidæ, quam non habet ipsa salutē,
Mittit, & armata verba notata manu,
Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris,
Oblitus à domina cæde libellus erit.
Dextra tenet calamū, strictū tenet altera ferrū,
Et jacet in gremio charta soluta meo.
Hæc est Æolidos fratri scribentis imago,
Sic videor duro posse placere patri.

Patris crudelitatem exponit. Acerba irrisio.

Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset,
Auctorisque oculis exigeretur opus.
Ut ferus est, multoque suis truculentior Euris,
Spectasset siccis vulnera nostra genis.

Scython mons Thraciæ juxtà Septentrionem, perpetuis damnatus nivibus.

Scilicet est aliquid cum sævis vivere ventis,
Ingenio populi convenit ille sui.
Ille Noto, Zephyroque, & Sithonio Aquiloni
Imperat, & pennis Eure proterve tuis.
Imperat heu ventis, tumidæ non imperat iræ,
Possidet & vitiis regna minora suis.

Jupiter avus Canaces.

Quid juvat admotam per avorū nomina cœlo,
Inter cognitos posse referre Jovem?
Nùm minùs infestum funebria munera ferrū,
Fœminea teneo non mea tela, manu?
O utinā Macareu, quæ nos commisit in unū,
Venisset letho serior hora meo!

Cur

Cur unquã plus me frater, quam frater, amasti?
Et tibi, non debet quod soror esse, fui.
Ipsa quoq; incalui, qualemque audire solebam,
Nescio quem sensi corde tepente Deum.
Fugerat ore color, macies obduxerat artus,
Sumebant minimos ore coacta cibos.
Nec somni faciles, & nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo lęsa dolore dabam. (*sam:*
Nec cur hoc facerem, poterã mihi reddere cau-
Neç noram quid amans esset, at illud eram.
Prima malum nutrix animo prasensit anili;
Prima mihi nutrix, Æoli dixit, amas.
Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos:
Hac satis in tacita signa fatentis erant.
Jamque tumescebant vitiati pondera ventris,
Ægraq; furtivum membra gravabat onus.
Quas mihi non herbas, qua nõ medicamina nu-
Attulit, audaci supposuitque manu. (*trix*
Ut penitùs nostris (hoc te celavimus unum)
Visceribus crescens excuteretur onus?
Ah! nimium vivax admotis restitit infans
Artibus, & tectus tutus ab hoste fuit.
Jam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi,
Denaque luciferos Luna vehebat equos:
Nescia qua faceret subitos mihi caussa dolores,
Et rudis ad partus, & nova miles eram.
Nec tenui vocem: Quid, ait, tua crimina prodis?
Oraque clamantis conscia pressit anus.
Quid faciã, infelix? gemitus dolor edere cogit:
Sed timor, & nutrix, & pudor ipse vetant.
Continuò gemitus, elapsaq; verba reprendo,
Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.
Mors

Pathos à facto pœnitentia.

Cupidinem significat.

Signa amantium.

syncope.

Lucina, Dea partus. *Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat:*
Et grave, si morerer, mors quoq; crimen erat.
Cùm super incumbens, scissa tunicaq; comaque,
Pressa resovisti pectora nostra tuis.
Et mihi, vive soror, sororò clarissima, dixi,
Vive, nec unus corpore perde duos.
Spes bona det vires, fratri nam nupta futura es:
Illius, es de quo mater &, uxor eris.
Mortua crede mihi, tamẽ ad tua verba revixi,
Et positum est uteri crimen, onusque mei.
Quid tibi grataris? media sedet Æolus aula;
Crimina sunt oculis surripienda patris.
Frugibus infantem, ramisque albentis olivæ,
Et levibus vittis sedula celat anus.
Fictaq; sacra facit, dicitq; precantia verba;
Dat populus sacris, dat pater ipse viam.
Jam prope limen erat, patrias vagitus ad aures
Facinus cognitum à patre. *Venit, & indicio proditur ille suo.*
Eripit infantem, mentitaque sacra revelat
Æolus, insana regia voce sonat.
Comparatio *Ut mare fit tremulum, tenui cũ stringitur aura:*
Ut quatitur tepido fraxina virga Noto.
Sit mea vibrari pallentia membra videres:
Quassus ab imposito corpore lectus erat.
Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem,
Et vix à misero continet ore manus.
Ipsa nihil præter lacrymas pudibunda profundi
Torpueret gelido lingua retenta metu.
Jamq; dari parvum canibusq; avibusq; nepotem
Jusserat, in solis destituique locis.
Vagitus dedit ille miser, sensisse putares,
Quaque suum poterat voce rogabat avum.

Quid

Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
Tu potes ex animo colligere ipse tuo.
Cùm mea me coram sylvas inimicus in altas
Viscera montanis ferres edenda lupis.
Exierat thalamo, tunc demum pectora planxi,
Contigit inque meas unguibus ire genas.
Intereà patrius vultu mœrente satelles
Venit, & indignos edidit ore sonos.
Æolus hunc ensem mittit tibi: tradidit ensem, Satelles ad
Et jubet ex merito scire, quid iste velit. canacem.
Scimus, & utemur violento fortiter ense,
Pectoribus condam dona paterna meis. canace respondet.
His mea muneribus genitor connubia donas?
Hac tua dote, pater, filia dives erit? Ad Patrem.
Tolle procul decepte faces. Hymenæe maritas, Ad Hymenæum.
Et fuge turbato tecta nefanda pede,
Ferte faces in me (quas fertis) Erinnyes atra, Ad Erinydes infernales
Vt meus ex isto luceat igne rogos. furias.
Nubite felices, parco meliore, sorores, Parco meliori, id est, fortunatori augurio.
Admissi memores, sed tamen este mei.
Quid puer admisit tam paucis editus horis?
Quo læsit facto vix bene natus avum?
potuit meruisse necem, meruisse putetur:
Ah miser admisso plectitur ille meo! Nate, fine
Nate, dolor matris, rapidarum præda ferarum, doloris amplificatione
Hei mihi natali delacerate tuo. apostrophat,
Nata parum fausti miserabile pignus amoris, ad natum.
Hac tibi prima dies, hac tibi summa fuit.
Non mihi te licuit lacrymis perfundere justis;
In tua nec tonsas ferre sepulcra comas.
Non super incubui, non oscula frigida carpsi;
Diripiunt avida viscera nostra fera.

Ipsa

Ipsa quoq; infantes cum vulnere persequar um-
Nec mater fuero dicta, nec orba diu. (bras,
Tu tamen, ò frustra, miseræ sperate sorori,
Sparsa, precor, nati collige membra tui.
Et refer ad matrem, socioque impone sepulcro,
Urnaque nos habeat quamlibet arcta, duos.
Vive memor nostri, lacrymasq; in funere funde,
Neve reformida corpus amantis amans.
Tu (rogo) projectæ nimium mandata sororis
Perfer, mandatis perfruar ipsa patris.

IN XII. EPIST. ARGUMENTUM.

Cùm florida juventute, & formositate valeret Jason, quam primùm Colchon attigit, à Medea Æetæ Colchorum Regis, & Ecares filia, receptus est, & amatus, habitaque conjugii sponsione illum edocuit; quonam pacto in optatam deveniret prædam. Aureo igitur vellere rapto, clàm cũ Medea fugam arripuit, Quos cùm insequeretur Æeta, illa Absyrti fratris, quem secum ducebat, membra diparsit, ut ità patrem, ossa filii legentem, remoraretur, & sic incolumes tandem in Thessaliam devenerunt, ubi Æsonem Jasonis patrem, annis jam decrepitum. in robustiorem ætatem reduxit. Medea, præterea in Peliæ montem suas filias armavit, fingens enim ei juventutem restituere velle, quemadmodùm Æsoni fecerat filiabus persuasit, omnem sanguinem frigidum, atque veterem, cultris exhaurire, ut novum, atque floridum posset infunduere; quòd cùm fecissent puellę, statim expiravit Pelias. Jason verò, sive criminis enormitatem, seu ex alia causa. Medeam repudiavit, & Creusam, Creontis Regis Corinthiorum filiam, in uxorem assumpsit. Furibunda igitur Medea ad Jasonem scripsit, ingratitudinem, in eo expostulando, præsentemque ultionem, nisi recipiatur, minitando.

ME-

MEDEA IASONI.

EXul inops, contemta novo Medea marito
Dicis, & an regni tempora nulla vacant?
Ut tibi Colchorum memini regina vacavi,
Ars mea, cùm peteres, ut tibi ferret opem.
Tunc quæ dispensant mortalia fila sorores,
Debuerant fusos evolnisse suos.
Tunc potui Medea mori bene. quidquid ab illo
Produxi vitæ tempore, pœna fuit.
Hei mihi cur nunquã juvenilibus acta lacertis,
Phyxeam petiit Pelias arbor ovem?
Cur unquã Colchi Magnetida vidimus Argo?
Turbaq; Phasiacam Grata bibistis aquam?
Cur mihi plus æquo flavi placuere capilli?
Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ?
Aut semel in nostras quoniã nova puppis arenas
Veneras, audaces attuleratque viros.
Isset anhelatos non*præmeditatus in ignes,
Immemor Æsonides, oraq; adunca, boum.
Semina jecisset, totidem sumpsisset, & hostes,
Ut caderet cultu cultor ab ipse suo.
Quantùm perfidiæ tecum, scelerate perisset,
Demta forent capiti quam mala multa meo.
Est aliqua ingrato meritũ exprobare voluptas:
Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.
Jussus in expertam Colchos advertere puppim;
Intrasti patriæ regna beata meæ.
Hoc illic Medea fui nova nupta, quod hic est,
Quam pater est illi, tàm mihi dives erat.
Hic Ephyrem bimarẽ, Scythiæ tenus ille nivosã,
Omne tenet, ponti qua plaga læva jacet.

Exci-

Aliqui hæc duo carmina adulterina dicunt.

Parce fatulas, Cloto, Lachesis, & Atropos.

Argõ navim intelligit in Pello Thess. mõte natã, & in Magnetida regione Thessal. proxima fabricatam.

* præmedicatus.

Officia sua comẽdando Greusam Creontis filiam secum confert.

Ephyrem, id est, corinthũ, ab Ephy.

teOceani filia, inter Jonium, & Egeum mare sita.

Excipit hospitio juvenes Æëta pelasgos,
Et premitis pictos corpora Graia toros.
Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esses,
Illa fuit mentis prima ruina meæ.

Primum, ut tempus reliquum quomodo significat,

Ut vidi, ut perii, nec notis ignibus arsi,
Ardet ut ad magnos pinea tæda deos.
Et formosus eras, & me mea fata trahebant,
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide sensisti, quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.
Dicitur interea tibi Rex, ut dura ferorum
Insolito premeres vomere colla boum.

Pericula cõmemorat.

(Martis erant tauri plus quã per cornua, sevi,
Quorum terribilis spiritus ignis erat.)
Ære pedes solidi, prætentaque naribus æra,
Nigra per afflatus hoc quoque facta suos,
Semina præterea populos genitura juberis
Spargere, devota lata per arva manu.

Draco pervigil.

Qui peterent natis secum tua corpora telis,
Illa erat agricolæ messis iniqua suo.
Lumina custodis succumbere nescia somno,
Ultimus est aliqua decipere arte labor.
Dixerat Æëtes, mœsti consurgitis omnes,
Mensaque purpureos deserit alta toros.
Quam tibi tunc longè regnum dotale Creüsa,
Et socer, & magni nata Creontis erat?
Tristis abis, oculis abeuntem prosequor udis,
Et dixit tenui murmure lingua, vale.
Ut positum tetigi thalamo male saucia lectum,
Acta est per lacrymas nox mihi quãta fuit?

Chalciope soror.

Ante oculos tauriq; meos, segetesque nefandæ,
O ante meos oculos pervigil anguis erat.

Hinc

Hic amor, hinc timor est, ipsũ timor auget amorẽ Synecdoche
Manè erat, & thalamo chara recepta soror.
Disjectamq; comam, aversaq; in ora jacentem
Invenit, & lacrymis omnia plena meis. Templum Dianæ.
Orat opẽ Minyis, petit altera, & altera habebit,
Æsonio juveni, quod rogat illa, damus.
Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrũ:
Vix illuc radiis Solis adire licet.
Sunt in eo, (fuerant certè) delubra Dianæ,
Aurea barbarica stat Dea facta manu.
Nescio an exciderint mecũ loca. venimus illuc, A dubitatione pathos.
Ausus es infido sic prior ore loqui.
Jus tibi, & arbitrium nostra fortuna salutis
Tradidit, inque tua est vitaq; morsq; manu.
Perdere posse sat est, si quem juvat ipsa potestas, Sol Medeæ avus.
Sed tibi servatus gloria major ero. (men,
Per mala nostra precor, quorum potes esse leva- Diana tripliei vultu depingebatur.
Per genus, & numen cuncta videntis avi.
Per triplicis vultus arcanaque sacra Dianæ,
Et si fortè aliquos gens habet ista Deos:
O virgo, miserere mei, miserere meorum,
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quòd si fortè virum non dedignare Pelasgum;
(Sed mihi tàm faciles unde, meosque Deos?)
Spiritus antè meus tenueis vanescat in auras,
Quàm thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo, Fingit sponsionem jurejurando.
Conscia sit Juno sacris præfecta maritis,
Et Dea, marmorea cujus in æde sumus. (læ,
Hæc animũ, & quota mars hęc sũt movere puel- Auget pericula, ut sua beneficia majora appareant.
Simplicis, & dextra dextera juncta meæ.
Vidi etiã lacrymas: an & est pars fraudis in illis:
Sic citò sum verbis capta puella tuis.

Jungis, & aripedes in aducto corpore tauros,
Et solidam jusso vomere findis humum.
Arva venenatis pro semine dentibus imples,
Nascitur, & gladios, scutaque miles habet.
Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi,
Cùm vidi subitos arma tenere viros.
Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres
Inter se strictas conseruere manus.
Pervigil ecce dracos quammis crepitatibus horrens,
Sibilat, & torto pectore verrit humum.
Dotis opes ubi tunc? ubi tunc tua regia conjux?
Quiq; maris gemini distinet Isthmos aquas?
Illa ego, quæ tibi sum, nunc deniq. barbara facta,
Nunc tibi sum pauper, nunc tibi visa nocens.
Flammea subduxi medicato lumina somno,
Et tibi, quæ raperes vellera, tuta dedi.
Proditus est genitor, regnum, patriamq; reliqui,
*Munus in exilio * quodlibet esse tuli.*
Virginitas facta est peregrini præda latronis,
Optima cum cara matre relicta soror.
At te non fugiens sine me, germane, reliqui;
Deficit hoc uno littera nostra loco.
Quod facere ausa mea est, non audet scribere dextra
Sic ego, sic tecum dilaceranda fui.
Nec tamē extimui (quid enim post illa timerē?)
Credere me pelago fœmina jamque nocens.
Numē ubi est? ubi Dii? meritas subeamus in alto,
Tu fraudis pœnas, crudelitatis ego.
Compressos utinam Symplegades elisissent,
Nostraque adhærerent ossibus ossa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos,
Debuit ingratis Scylla nocere viris.

Creusam in odium vertere nititur. Officia officiis comparantur.

* quod licet

Fratrem Absyrtum interfecisse dolet.

Symplegades, duo scopuli Bosphoro in Thracio.

Scilla, & Charybdis pericula in mari Siculo, sive Trinacrio.

Quæq;vomit totidem fluctus,totidemq;resorbet,
Nos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ.
Sospes ad Æmonias,victorque reverteris urbes:
Ponitur ad patrios aurea lana Deos,
Quid referam Peliæ natas pietate nocentes?
Cæsaque virginea membra paterna manu?
Ut culpent alii, tibi me laudare necesse est,
Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Ausus es ò (justo desunt sua verba dolori)
Ausus es, Æsonia, dicere cede domo.
Jussa domo cessi, natis comitata duobus,
Et qui me sequitur semper amore tui.
Ut subitò nostras ut Hymen cantatus ad aures
Venit, & accenso lampades igne micant.
Tibiaque effudit socialia carmina vobis,
At mihi funesta flebiliora tuba.
Pertimui,nec adhuc tantũ scelus esse putabam,
Sed tamen in toto pectore frigus erat. (tant:
Turba ruũt,& Hymẽ clamãt,Hymenæa frequẽ
Quò proprior vox est, hoc mihi pejus erat.
Diversi flebant servi, lacrimasq; regebant,
Quis vellet tanti nuncius esse mali?
Me quoq;quidquid erat potiùs nescire juvabat,
Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.
Cùm minor è pueris,jussus studioque videndi,
Constitit ad gemina limina prima foris.
Hic mihi,mater abi,pompã pater, inqnit,Jason
Ducet,& adjunctos aureus urget equos.
Protinus abscissa planxi mea pectora veste,
Tuta nec a digitis ora fuere meis.
Ira animus media suadebat in agmina turba,
Sertaque compositis demere rapta comis.

Hymen, pro nuptiis, quibus præest quinque lampades, sive faces in nuptiis ascendebantur tuę ba funeribus adhibebantur.

Hymenæa, scilicet festa.

Verba pueri ad matrem.

Synecdoche.

Vix me continui, quin sic laniata capillos
Clamarem, meus est, injiceremque manus,
Læse pater gaude, Colchi gaudete relicti,
Inferias umbræ fratris habete mei.
Deseror amissis regno, patriaque, domoque,
Conjuge, qui nobis omnia solus erat.
Serpentes igitur potui, taurosque furentes,
Unum non potui perdomuisse virum.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,
Non valeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus, artes, herbæque relinquunt:
Nil Dea, nil Hecates, sacra potentis agunt.
Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ,
Nec tener in misero pectore somnus adest.
Quæ me non possum, potui sopire draconem:
Utilior cuivis quàm mihi cura mea est.
Quos ego servavi, pellex amplectitur artus,
Et nostri fructus illa laboris habet.
Forsitan, & stulta, dùm te jactare marita
Quæris, & injustis auribus apta loqui.
In faciem, moresq; meos nova crimina fingas,
Rideat, & vitiis læta sit illa meis.
Rideat, & Tyrio jaceat sublimis in ostro,
Flebit, & ardores vincet adusta meos.
Dum ferrum flammæq; aderũt, succusq; veneni,
Hostis Medeæ nullus inultus erit.
Quod si fortè preces præcordia ferrea tangunt,
Nunc animi audi verba minora meis.
Tam tibi sum supplex, quã tu mihi sæpe fuisti:
Nec moror ante tuos procubuisse pedes.
Si tibi sum vilis, communeis respice natos:
Sæviet in partus dira noverca meos.

Pathos à gaudio inferias, in sacra, quæ alicujus occisione fiebãt. Dea Proserpina, quæ Magicis præest Hecate. Præses filia crudelissima, quæ aconiton invenit, quo patrem interemit; est etiam Hecate trium potestatum Dea, vel quod centum hostiis placetur, vel quod centũ annos errare faciat insepultos; ipsa autem Lucina, Diana, & Proserpina. Amara concessio. Medea Creusam cum patre, & domo exusit.

Et

Et nimium similes tibi sunt, & imagine tangor,
Et, quoties video, lumina nostra madent.
Per Superos oro, per avitæ numina flammæ, A natorum incommoditate querela.
Per meritum, & natos pignora nostra tuos.
Redde torum, pro quo tot res insana reliqui,
Adde fidem dictis, auxiliumque refer.
Non ego te imploro contra taurosque, virosque, A facili.
Utque tua serpens victa quiescat ope.
Te peto, quem merui, quem nobis ipse dedisti,
Cum quo sum pariter facta parente parens. Beneficia pro dote objecit.
Dos ubi sit, quæris? campo numeravimus illo,
Qui tibi laturo vellus arandus erat.
Aureus ille aries, villo spectabilis aureo,
Dos mea, quam, dicam si tibi, redde, neges. Synæresis.
Dos mea, tu sospes, dos est mea Graja juventus,
I nunc, Sysiphias, improbe, confer opes. Sysiphus Creontis pater.
Quod vivis, quod habes nuptã socerumq; potentem,
Hoc ipsum, ingratus quod potes esse, meũ est.
Quos equidẽ actutum! sed quid prædicere pœnã Eclipsis indignati ni apta actutũ, confestim.
Attinet? ingentes parturit ira minas.
Quò feret ira, sequar facti fortaße pigebit,
Et piget infido consuluiße viro.
Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora versat, Cupido.
Nescio quid certè mens mea majus agit.

IN XIII. EPIST. ARGUMENTUM.

Protesilaus Imphicli filius, ad Trojam quadraginta navibus, ut ait Homerus, navigans cum cæteris Græcis, Aulide portu Bœotiæ ob tempestatem clausus est. Quod dum intellexisset Laodamei Acasti ex Laudothea filia, atque ejus uxor, fingere, maritum amans multis somniis sollicitata, hanc epistolam ad eum scripsit, qua suadet, ut oraculi memor, à belli pericu-

lis abstineat. Datum enim Cæcis fuerat responsum, cum, qui primus ex classe in terram Trojanorum descendisset, periturum; At Protesilaus magnanimus primus in terram descẽdit, & ab Hectore occisus est.

LAODAMEIA PROTESILAO.

Aulide, pro Aulidi, Servio teste.

multa

Mittit, & optat amãs, quo mittitur ire salutẽ.
Hęmonis Hęmonio Laodameia viro.
Aulide te fama est vento retinente morari.
Ah! me cùm fugeres, hic ubi ventus erat?
Tum freta debuerant vestris obsistere remis:
Illud erat sævis utile tempus aquis.
Oscula plura viro, mandatoq; plura dedissem,
Et sunt quæ volui dicere plura tibi.*
Raptus es hinc præceps, & qui tua vela vocaret,
Quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat.
Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti:
Solvor ab amplexu, Protesilaë tuo.
Linguaq; mandãtis verba imperfecta reliquit,
Vix illud potui dicere triste, Vale.
Incubuit Boreas, arreptaque vela tetendit,
Jamque meus longe Protesilaüs erat.
Dum potui spectare virum, spectare juvabat,
Sumque tuos oculos usque secuta meis.
Ut te non poteram, poteram tua vela videre,
Vela diu vultus detinuere meos.
At postquam nec te, nec vela fugacia vidi,
Et quod spectarem, nil, nisi pontus, erat.
Lux quoq; tecũ abiit, tenebrisq; exãguis oboriis
Succiduo dicor procubuisse genu.
Vix socer Iphiclos, vix me grandævus Acastus,
Vix mater gelida mœsta refecit aqua.

Offi-

Officium fecere pium, sed inutile nobis:
Indignor misera non licuisse mori.
Utque animus rediit, pariter rediere dolores,
Pectora legitimus casta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura est præbere capillos,
Nec libet aurata corpora veste tegi.
Utquas Pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur: huc illuc, quo furor egit, eo.
Conveniūt matres Phylacides, & mihi clamāt,
Indue regales Laodamia sinus.
Scilicet ipse feram saturatas murice vestes,
Bella sub Iliacis mœnibus ille gerat?
Ipsa comas pectar? galea caput ille prometur?
Ipsa novas vestes, dura vir arma ferat?
Qua possum, squalore tuos imitata labores
Dicar, & hæc belli tempora tristis agam.
Dux Pari Priamide, damno formose tuorum,
Tam sis hostis iners, quam malus hospes eras.
Aut te Tænariæ faciem culpasse maritæ,
Aut illi vellem displicuisse tuam.
Tu, qui pro rapta nimium, Menelaë, laboras,
Hei mihi quam multis flebilis ultor eris!
Dii precor, a nobis omen removete sinistrum,
Et suadet reduci vir meus arma Jovi.
Sed timeo, quotiesque subit miserabile bellum,
More nivis lacrymæ Sole madentis eunt.
Ilion, & Tenedos, Simoisq; & Xanthus, & Ide,
Nomina sunt ipso pæne timenda sono.
Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset,
Hospes erat: vires noverat ille suas.
Venerat, ut fama est, multo spectabilis auro,
Quique suo Phrygias corpore ferret opes.

Bacchus cornibus effigitur ob elationem, quam fervor vini inducit.

Phylace urbs Thessaliæ, cui Protesilaus imperabat.

Ad Paridem apostrophat.

Tenarus Laconiæ promontorium, unde Helena fuit.

Protesilaus pede in limine offenso omen dederat.

Tenedos insula contra Trojam.

Ad Helenã. *Classe virisq; potens, per quæ fera bella geruntur,*
Et sequitur regni pars quota cunque sui.
His ego te victam consors Ledæa gemellis
Suspicor: hæc Danaïs posse nocere puto.
Hectora, nescio quẽ timeo: Paris Hectora dixit
Ferrea sanguinea bella movere manu.
Hectora, quisquis is est, si sum tibi cara, caveto,
Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc ubi vitaris, alios vitare memento,
Et multos illic Hectoras esse puta.
Et facito dicas, quoties pugnare parabis,
Parcere me jussit Laodameia sibi.
Si cadere Argolico fas est sub milite Trojam,
Te quoq; non ullum vulnus habente cadat,
Pugnet, & adversos tendat Menelaüs in hostes,
Ut rapiat Paridi, quam Paris ante sibi.
A justo arguit. *Irruat, & causa quem vincit, vincat & armis,*
Hostibus è mediis nupta petenda viro est.
Apostrophe pathos augetur. *Causa tibi est dispar; tu tantum vivere pugna,*
Inque pios dominæ posse redire sinus.
Parcite Dardanidæ, de tot (precor) hostibus uni,
Ne meus ex illo corpore sanguis eat.
Non est, quem deceat nudo concurrere ferro,
Sævaque in oppositos pectora ferre viros.
Fortius ille potest, multo quum pugnat amore,
Bella gerant alii, Protesilaüs amet.
Hunc fateor, volui revocare, animusq; ferebat,
Substitit auspicii lingua timore mali.
Cum foribus velles ad Trojam exire paternis,
Per tuus offenso limine signa dedit.
Pedum offẽsiones mala ferebant prę *Ut vidi, ingemui, tacitoque in pectore dixi,*
Signa reversuri sint precor ista viri.

Hæc

Hæc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis,
Fac meus in ventos hic timor omnis eat.
Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,
Qui primus Danaam Troada tanget humum.
Infœlix, quæ prima virum lugebit ademtum,
Dii faciant, ne tu strenuus esse velis.
Inter mille rates tua sit millesima puppis,
Jamque fatigatas ultima verset aquas.
Hoc quoque præmoneo, de nave novissimus exi,
Non est, quò properes, terra paterna tibi.
Cùm venies, remoque move, veloque carinam,
Inque tuo celerem littore siste gradum.
Sive latet Phœbus, seu terris altior exstat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.
Nocte tamen, quã luce, magis nox grata puellis,
Quarum suppositus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces cœlibe somnos,
Dum careo veris, gaudia falsa juvant.
Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
Cur venit à verbis multa querela tuis?
Excutior somno, simulacraque noctis adoro,
Nulla caret fumo Thessalis ara meo.
Thura damus, lacrymasq; super: quæ sparsa relucet,
Ut solet ad fuso surgere, flamma mero.
Quando ego te reducẽ cupidis amplexa lacertis,
Languida lætitia solvar ab ipsa mea?
Quando erit, ut lecto mecum bene junctus in uno
Militiæ referas splendida facta tuæ?
Quæ mihi dum referes, quãvis audire juvabit,
Multa tamen rapies oscula, multa dabis.
Semper in his aptè narrantis verba resistunt,
Promptior est dulci lingua referre mora.*

sagia, unde Tibull. O quo tres ingressus ire mihi tristia dixi. Offensum in porta signa dedisse pedem, movet, ut sibi prospiciat, ne præsagia mortis effectum sortiãtur.

Futurum præsentat, interitũ præsagit.

* retenta.

Sed

Sed cum Troja subit, subeant ventiq; fretumq;
Spes bono sollicito victa timore cadit.
Hoc quoq; quod venti probibent exire carinas,
Me movet: invitis ire paratis aquis.
Quis velit in patriam vento prohibēte reverti?
A patria pelago vela vetante datis.
Ipse suam non prabet iter Neptunus ad urbem,
Quò ruitis? vestras quisque redire domos.
Quò ruitis Danai? ventos audite vetantes,
Non subiti casus, numinis ista mora est.
Quid petitur tanta, nisi turpis adultera bello?
Dùm licet. Inachiæ vortite vela rates.
Sed quid ego hæc revoco? revocātis omen adesto,
Blandaque compositas aura secundet aquas.
Troăsin invido, quæ sic lacrymosa suorum
Funera conspicient, nec procul hostis erit.
Ipsa suis manibus forti nova nupta marito
Imponet galeam, barbaraque arma dabit.
Arma dabit, dūq; arma dabit, simul oscula su-
Hoc genus officii dulce duobus erit. (met:
Producetq; virum, dabit & mandata reverti,
Et dicet, referas arma, fac ista Jovi.
Ille, ferens domina mandata recentia secum,
Pugnabit cautè, respicietque domum.
Exuet, & reduci galeam, clypeumq; resolvet,
Excipietque suo corpora lassa sinu.
Nos sumus incertæ, nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri facta putare timor.
Dùm tamen arma geris diverso miles in orbe,
Quæ referat vultus, est mihi cera, tuos.
Illi blanditias, illi tibi debita verba
Dicimus: amplexus accipit illa meos.
Cre-

À majori argumentum.

Ab eorum voluntate navigatiònem dissuadet.

A causa dissuasio.

Ab Inacho vetustissimo Argivorum Rege Græci Inachii dicti sunt.

Invideo cum accusativo.

Asiam significat, quæ ab Europa diversa est.

Bellum à Græcis gerebatur, qui Europæi erant.

Crede mihi, plus est, quam quod videatur imago
Adde sonum cera, Protesilaus erit.
Hanc specto, teneoque sinu pro conjuge vero,
Et tanquam possit verba referre, queror.
Per reditus, corpusque tuum, mea numina juro, Jurejurando
Perque pares animi, conjugiique faces. epistolam
Perque (quod ut videam canis albere capillis) terminat.
Quod tecum possis ipse referre caput.
Me tibi venturam comitem quocumq; vocaris,
Sive, quod (heu timeo!) sive superstes eris. Suppressit
Ultima mandato claudetur epistola parvo: mortuos.
Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.

IN XIV. EPIST. ARGUMENTUM.

Danaus Belli Prisci filius, ex pluribus conjugibus quinquaginta filias suscepit, quas dum Ægisthus eas frater, cui totidem erant filii, postulasset in nurus, Danaus oraculi responso comperto se manibus generi moriturum, volens periculum evitare, conscensis navibus Argos venit. Indignatus autem Æghistus eo quod spretus esset, filios cum exercitu ad illum oppugnandum misit hac lege, ut non nisi interempto Danao ad se rediteent, aut filiarum connubium iniissent. Ille autem in obsidione coactus, filias se daturum spopondit, sed puellæ accepto à patre gladio, ut jussum erat, prima nocte cùm vino lætitiaque calentes juvenes in profundissimum soporem descendissent, una quæque suum jugulavit, sola Hypermnestra excepta, quæ Lino, quem Eusebius Lynceum appellat, marito suo miserta, pepercit, suasitque ut ad patrem Ægisthum, detecto facinore, quam primum fugeret; sed cùm pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexisset, præterquam ab Hypermnestra, eam crudelissimè vinctam in carcere servandam tradidit. Quare Linum patruelem, eundemque mari-

tum

tum,quem servaverat, hac epistola rogat,ut vel opem ferat, captivitateque liberet; vel si mori contingat, sepulturæ non careat. A Lino tandem, Danao trucidato, fuit liberata.

HYPERMNESTRA LINO.

Mittit Hypermnestra de tot modò fratribus uni;
Cætera nuptarum crimine turba jacet.
Clausa domo teneor,gravisq,coërcita vinclis:
Est mihi supplicii causa, fuisse piam.
Quod manus extimuit jugulo demittere ferrũ,
Sum rea:laudarer, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat,quam sic placuisse parenti;
Non piget immunes cædis habere manus.
A facti constantia Linũ sibi conciliat *Me pater igne licet(quẽ non violavimus) urat,*
Quæq;aderant sacris,tendat in ora faces:
Aut illo jugulet (quem non bene tradidit) ense,
Ut quà non cecidit vir nece,nupta cadam.
Non tamen,ut dicant, morientia,pœnitet, ora,
Efficiet: non est quem piget esse piam.
Pœniteat sceleris Danaüm,sævasque sorores,
Hic solet eventus facta nefanda sequi.
Cor pavet admonitu temeratæ sanguine noctis,
prascidit. *Et subitus dextræ*præpedit ossa tremor.*
Quam tu cæde putes fungi potuisse maritam,
Scribere de facta non sibi cæde timet. (ris,
Crepusculũ. *Sed tamen experiar. Modò facta crepuscula ter-*
Ultima pars lucis,primaque noctis erat:
Inachides pronepotes Inachi Din. arcę à Pelasgo, Jovis, & *Ducimur Inachides sub magni tecta Pelasgi,*
Et socer armatas accipit ædę nurus.
Undique collucent præcinctæ lampades auro,
Dantur in invitos impia thura focos.

Vul-

Vulgus Hymẽ, Hymenæa vocãt, fugit ille vocan-
Ipsa Jovis conjux cessit ab urbe sua. *(tes.*
Ecce mero dubii comitum clamore frequentes,
Flore novo madidas impediente comas.
In thalamos lethi, thalamos sua busta feruntur,
Strataque corporibus funere digna premũt.
Jamque cibo, vinoque graves, somnoq; jacebant,
Securumq; quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus morientum audire videbar,
Et tamen audieram, quodque verebar, erat.
Sanguis abit, mentemq, calor, corpusq; reliquit,
Inque novo jacui frigida facta toro.
Utque levi Zephyro graciles vibrantur aristæ,
Frigida populeas, ut quatit aura comas.
Aut sic, aut etiam tremui magis, ipse jacebas,
Quæque tibi dederam vina, soporis erant.
Excussere metum violenti jussa parentis
Erigor, & capio tela tremente manu.
Non ego falsa loquor, ter acutum sustilit ensem,
Ter malè sublato decidit ense manus.
At rursùs monitis, jussuque coacta parentis
Admovi jugulo tela paterna tuo.
Sed timor, & pietas crudelibus abstitit ausis,
Castaque mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata sinus, laniata capillos.
Exiguo dixi alia verba sono.
Sævus Hypermnestra pater est tibi: jussa parentis
Effice, germanis sic comes iste suis.
Fœmina sum, & virgo, natura mitis, & annis,
Non faciunt molles ad fera tela manus.
Quin age, dumq; jacet, forteis imitare sorores,
Credibile est cæsos omnibus esse viros.

Miobes filio priùs inhabitatam incoluit.

Junon. Argis nautam scribit Strabo.

Hoc Argus, vel hi Argi urbs in Achaia, non longè Mycenis.

Disputatutramque partem quid agendum sit.

More mulie. bri mentem variat.

Si

Si manus hæc aliquā posset committere cædem,
Morte foret domina sanguinolenta sua.

Contra patrem argumentatur.

Quo meruere necem patruelia regna tenendo,
Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge viros meruisse mori: quid fecimus ipsæ?
Quo mihi commisso non licet esse piam?
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
Aptior est digitis lana, colusq;meis.
Hæc ego dūq;queror,lacrymæ sua verba sequūtur,
Deq;meis oculis in tua mēbra cadunt.
Dum petis amplexus,sopitaq;brachia jactas,
Pœne manus telo saucia facta tua est.

Patronymicum à Belo avo.

Jamq;patrem,famulosq;patris,lucemq;timebā:
Expulerant somnos hæc mea verba tuos:
Surge,age,Belide, de tot modò fratribus unus,
Nox tibi, ni properes, ista perennis erit.

Antithesis.

Territus exurgis, fugit omnis inertia somni,
Aspicis in timida fortia tela manu.
Quærenti causam,dùm nox finit,effuge,dixi,
Dùm nox atra sinit: ut fugis, ipsa moror.
Manè erat,& Danaüs generos ex cæde jacētes
Dinumerat: summa criminis unus abest.
Fert malè cognatæ jacturam mortis in uno,
Et queritur facti sanguinis esse parum.
Abstrahor à patriis manibus, raptāq; capillis,
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.

A Junonis ira facinus excusat.

Scilicet ex illo Junonia permanet ira,
Quo bos ex homine est, ex bove facta dea.
At satis est pœna teneram mugisse puellam,
Nec modò formosam posse placere Jovi.

Jo Inachi fluvii filia, à Jove cōpressa subito ju-

Astitit in ripa liquidi nova vacca parentis,
Cornuàq;in patriis non sua vidit aquis.

Et

Et conatoque queri, mugitus edidit ore,
Territaque est forma, territa voce sua.
Quid furis infelix? quid te miraris in unda?
Quid numeras factos ad nova mëbra pedes?
Ipsa Jovis magna pellex metuenda sorori,
Fronde levas nimiam cespitibusq; famem.
Fonte bibis, spectasq; tuam stupefacta figuram:
Et te ne feriant, quæ geris, arma times.
Quæq; modò, ut posses etiã Jove digna videri,
Dives eras, nuda nuda recumbis humo.
Per mare, per terras, cognataq; flumina curris,
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quæ tibi causa fugæ? quid Io longa freta perer-
Non poteris vultus effugere ipsa tuos. (ras?
Inachi, quò properas? eadem sequerisq; fugisq;
Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.
Per septem Nilus portus emissus in æquor,
Exuit insana pellicis ora bovis. (ctus
Ultima quid referam, quorum mihi cana sene-
Auctor? dant anni, quod querar, ecce mei.
Bella pater, patruusq; gerunt, regnoq; domoq;
Pellimur: ejectos ultimus orbis habet.
Ille ferox solus solio, sceptroque potitur,
Cum sene nos inopi turba vagamur inops.
De fratrum turba pars exiguissima restat:
Quique dati leto, quæque dedere, fleo.
Nam mihi quot fratres, totidẽ periere sorores,
Accipiat lacrymas utraque turba meas.
En ego, quod vivis, pœna crucianda reservor:
Quid fiat sonti, cùm rea laudis agar?
Et consanguineæ quondam centesima turba,
Infelix, uno fratre manente, cadam.

nonis inter vẽtu in vaccam versa, tandem furiis acta ad Ægyptũ devenit, ubi in pristinam formam redacta, Isis Dea vocata est.

Virg. in VI. Defunctaque corpora.

Deprecatione epistolam claudit.

At tu, si qua pia, Lyceun, est tibi cura sororis:
Quaque tibi tribui munera, dignus habes.
Vel fer opem, vel dede neci, defunctaque vita,
Corpora furtivis insuper adde rogis.
Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa,
Scriptaque sint titulo nostra sepulchra brevi,
Exul Hypermnestra pretium pietatis iniquum,
Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.
Scribere plura libet, sed pondere lassa catenae
Est manus, & vires subtrahit ipse timor.

Hypermnestræ epitaphium.

IN XV. EPIST. ARGUMENTUM.

Paris, qui alio nomine Alexander dictus est, ob Helenam sibi à Venere promissam, Lacædemona navigans, à Menelao honorificentissimè susceptus est, & honoratus. Sed cùm per id tempus oportuisset Menelaum, omnesque Minois pronepotes ad dividendas Atrei opes Cretam adire, Paridem domi dimittens, Helenæ mandavit, ut non minorem hospitis, quam sui ipsius curam gereret. Verùm Paris, dum datam sibi opportunitatem videret Helenã in amorem sui, quantùm potuit, sollicitare conatus est. Hac autem artificiosa epistola detegit, quantò amoris æstu ardeat, se ab omnibus commendando, quibus amatores laudari solent. Et quia noverant muliebrem sexum esse fragilem, & gloriæ, & laudis, & forma, atque genere cupidissimum, omnia affert Paris, quæ sibi Helenæ animum conciliare possunt, & quæ odium mariti, atque contemptum excitent; fugam itaque suadet, quam Trojanis viribus tueri posse asserit.

PARIS HELENÆ.

Dubitatio ex turpitudine.

Hanc tibi Priamides mitto, Ledæa, salutẽ,
Quæ tribui sola te mihi dante potest.
Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ,
Et plus, quam vellem, jam meus extat amor?

Illo

Ille quidem lateat malim, dum tempora dentur
Lætitiæ mistos non habitura metus.
Sed male dissimulo, quis enim celaverit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen exspectas, vocem quoq; rebus ut addam,
Uror. habes animi nuncia verba mei.
Parce, precor, fasso, nec duro cætera vultu
Perlege, sed formæ conveniente tuæ. (est,
Jam dudũ gratũ est, quod epistola nostra recepta
Spem facit hoc recipi me quoq; posse modo.
Quæ rata sit, nec te frustra promiserit, opto,
Hoc mihi, quæ suasit mater amoris iter.
Namque ego divino monitu, ne nescia pecces,
Evehor, & cœpto non leve numen adest.
Præmia magna quidem, sed non indebita, posco,
Pollicita est thalamo te Cytherea meo.
Hac duce, Sigæo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe vias.
Illa dedit facileis auras, ventosq; secundos,
In mare (nimirum) jus habet orta mari.
Perstet, & ut pelagi sic pectoris adjuvet æstus,
Deferat in portus, & mea vota suos.
Attulimus flammas, non hic invenimus illas:
Hæ mihi tam longæ causa fuere viæ.
Nã neq; tristis hyems, neq; nos huc appulit error:
Tænaris est classi terra petita meæ.
Nec me crede fretum merces portante carina
**Findere, quas habeo, Di tueantur opes.*
Nec venio Grajas veluti spectator ad urbes:
Oppida sunt Regni divitiora mei.
Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro,
Te priùs optavi, quam mihi nota fores.

Possessivum à Pherecla navis.
Paridis fabricatore.
Laconiam intelligit, à Tænaro promontorio.
Scindere.

Ante tuos animo vidi, quam lumine, vultus :
Prima fuit vultus nuncia fama tui .
Nec tamen est mirum, si sicut oporteat, arcu
Missilibus telis eminus ictus amo .
Sic placuit fatis : quæ ne convellere tentes ,
Accipe cum vera dicta relata fide .
Matris adhuc utero, partu remorante, tenebar,
Jam gravidus justo pondere venter erat.
Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni,
Flammiferam plena reddere ventre facem,
Territa consurgit, metuendaq; noctis opacæ
Visa seni Priamo, Vatibus ille refert .
Arsuram Paridis , Vates canit Ilion igni ,
Pectoris,ut nunc est,fax fuit illa mei .
Forma vigorq,animi,quamvis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erat.
Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idæ
Devius,& piceis ilicibusque frequens.
Qui nec ovis placidæ, nec amantis saxa capellæ,
Nec patulo tardæ carpitur ore bovis .
Hinc ego Dardaniæ muros,excelsaq; tecta,
Et freta conspiciens,arbore nixus eram.
Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moveri :
(Vera loquar,veri vix habitura fidem).
Constitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni,Pleïonesq;nepos .
Fas vidisse fuit, fas sit mihi visa referre :
Inque Dei digitis aurea virga fuit .
Tresq;simul divæ,Venus, & cum Pallade Juno,
Graminibus teneros imposuere pedes .
Obstupui:gelidusq;comas erexerat horror,
Cum mihi,Pone metum,nuncius ales ait .

Ar-

Arbiter es formæ, certamina siste Dearum,
Vincere quæ forma digna sit una duas.
Neve recusarem, verbis Jovis imperat, & se
Protinùs atherea tollit in astra via.
Mens mea convaluit, subitòq; audacia venit,
Nec timui vultu, quamque notare meo.
Vincere erant omnes digna, judexq; verebar,
Non omnes causam vincere posse suam.
Sed tamen ex illis jam tunc magis una placebat:
Hanc esse ut scires, unde movetur amor.
Tantaq; vincendi cura est, ingentibus ardent
Judicium donis sollicitare meum.
Regna Jovis conjux, virtutum Filia jactat,
Ipsa potens dubito, fortis an esse velim.
Dulce Venus risu: nec te, Pari, munera tangant;
Utraq; suspensi plena timoris, ait:
Nos dabimus quod ames, & pulcra filia Ledæ
Ibit in amplexus pulchrior illa, tuos.
Dixit, & ex æquo donis, formaq; probata,
Victorem cœlo retulit illa pedem.
Intereà (credo versis ad prospera fatis)
Regius agnoscor per rara signa puer.
Læta domus nato per tempora longa recepto,
Addit, & ad festos hunc quoq; Troja diem.
Utq; ego te cupio, sic me cupiere puellæ:
Multarum votum sola tenere potes.
Nec tantùm Regum natæ petiere, Ducumque,
Sed Nymphis etiam curaq; amorq; fui.
At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam
Conjugii spes est, Tyndari, facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
Lumina cùm placido victa sopore jacent.

Quid facies præsens? quæ nondum visa placebas?
Ardebam, quamvis hic procul ignis erat.
Nec potui debere mihi spem longiùs istam,
Cærulea peterem quin mea vota via.
Troja caduntur Phrygia pineta securi,
Quæque erat æquoreis utilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara silvis,
Innumerasq; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naves,
Texitur, & costis panda carina suis.
Addimus antennas, & vela sequentia malos:
Accipit, & pictos puppis adunca Deos.
Qua tamen ipse vehor, comitata cupidine parvo,
Sponsor conjugii stat Dea picta sui.
Imposita est facta, postquam manus ultima classi,
Protinùs Ægeis ire jubebar aquis.
Et pater, & genitrix inhibent mea vota rogando,
Propositumq; pia voce morantur iter.
Et soror effusis, ut erat, Cassandra capillis,
Cùm vellent nostræ jam dare vela rates.
Quo ruis? exclamat: referes incendia tecum.
Quãta per has, nescis, flamma petatur aquas.
Vera fuit vates, dictos invenimus ignes,
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior, ventisq; ferentibus usus,
Applicor in terras Oobali Nympha, tuas.
Excipit hospitio vir me tuus, hoc quoq; factum
Non sine consilio, numinibusq; Deum.
Ille quidem ostendit, quidquid Lacedæmone tota
Ostendi dignum, conspicuumque fuit.
Sed mihi laudatum cupienti cernere formam,
Lumina, nil aliud, quò caperentur, erat.

Ut

Ut vidi, obstupui, præcordiaque intima sensi,
Attonitus curis intonuisse novis.
His similes vultus, quantum reminiscor, habe- (bat:
Venit in arbitrium cùm Cytherea meum.
Si tu venisses pariter certamen in illud,
In dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaque de facie nescia terra tua est.
Nec tibi par usquam Phrygiæ, nec Solis ab ortu
Inter formosas altera nomen habet.
Crede, sed hoc nobis, minor est tua gloria vero, A pulchritudinis laude Helenam allicit.
Famaque de forma penè maligna tua est.
Plus hic invenio, quam quod promiserat illa:
Et tua materia gloria victa sua est.
Ergò arsit meritò, qui noverat omnia, Thesem:
Et visa est tanto digna rapina viro.
More tuæ gentis nitida dùm nuda palæstra Palęstra luctandi certamen dicitur, cujus inventores credũtur Lacedæmon Proper.
Ludis, & es nudis fœmina mista viris.
Quod rapuit, laudo: miror, quod reddidit unquã
Tam bona constanter præda tenenda fuit.
Antè recessisset caput hoc cervico cruenta,
Quàm tu de thalamis abstraherere meis.
Tene manus unquam nostræ dimittere vellent? Multa tuæ Sparte, mirãtur dona palestræ.
Tene meo paterer, vivus abire sinu?
Si reddenda fores, aliquid tamen antè tulissem,
Nec Venus ex toto nostra fuisset iners.
Vel mihi virginitas esset libata: vel illud
Quod poterat salva virginitate rapi. Constantiam animi sui laudat.
Da modo te: Paridi quæ sit constantia, nosces:
Flamma rogi flammas finiet una meas.
Præposui regnis ego te, quæ maxima quondam
Pollicita est nobis nupta, sororque Jovis.

Dumq;tuo poßem circumdare brachia collo,
Contempta est virtus Pallade dante mihi.
*Cùm Venus, & Juno, Pallasq; in*montibus Idæ,*
Corpora judicio suppoſuere meo.
Nec piget, haud unquam ſtultè elegiſſe videbor,
Permanet in voto mens mea firma ſuo.
Spem modò ne noſtram fieri patiare caducam,
Te precor, ò tanto digna labore peti.
Non ego conjugium generoſa degener opto,
Nec mea, crede mihi, turpiter uxor eris.
Pliada, ſi quæras, in noſtra gente, Jovemque,
Invenies: medios, ut taceamus avos.
Sceptra parens Aſiæ, qua nulla beatior ora eſt,
Finibus immenſis vix obeunda tenet.
Innumeras urbes, atque aurea tecta videbis:
Quæque ſuos dicas templa decere Deos.
Ilion aſpicies, firmataque turribus altis
Mœnia, Phœbeæ ſtructa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem, numeroq; virorum?
Vix populum tellus ſuſtinet illa ſuum.
Occurrent denſo tibi Troades agmine matres,
*Nec capient*Phrygias atria noſtra nurus.*
O! quoties dices, quam pauper Achaja noſtra eſt?
Una domus quaſvis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit Sparten contẽnere veſtram,
In qua tu nata es, terra beata mihi eſt.
Parca: ſed eſt Sparte tu cultu divite digna es.
Ad talem formam non facit iſte locus.
Hanc faciem largis ſine fine paratibus uti,
Deliciiſque decet luxuriare novis.
Cùm videas cultus noſtra de gente virorum,
Quales Dardanias credis habere nurus?

* *vallibus*

A genere, & potentia ſe laudat, ex Electio. Atlantis ex Pleion nympha filia. Juppiter genuit Dardanum Trojanorum progenitorem.

Terapn. Laconiæ oppidum in quo nata eſt Helena.

Da

Da modò te facilem, ne dedignare maritum,
Rure Terapaneo nata puella, Phrygem. (nunc
Phrix erat, & nostro genitus de sanguine, qui
Cum Diis, potandas nectare, miscet aquas.
Phryx erat Auroræ conjux, tamen abstulit illũ,
Extremum noctis, quæ Dea finit iter.
Phryx etiam Anchises: volucrũ cui mater amo-
Gaudet in Idæis concubuisse jugis. (rum,
Nec puto collatis forma Menelas, & annis,
Judice te, nobis ante ferendus erit.
Non dabimus certè socerum tibi clara fugantem
Lumina, qui tepidos à dape vertat equos.
Nec pater est Priamo soceri de cæde cruentus,
Et qui Myrtoas crimine signet aquas.
Nec proavo Stygia nostro captantur in unda
Poma: nec in mediis quæritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? si te tenet ortus ab illis,
Cogitur huic domui Juppiter esse socer.
Heu facinus! totis indignus noctibus ille
Te tenet, amplexu, perfruiturque tuo.
At mihi conspiceris posita vix denique mensa,
Multaq; quæ lædant, hoc quoq; tempus habet.
Hostibus eveniant convivia talia nostris,
Experior posito qualia sæpe mero.
Pœnitet hospitii, cùm me spectante, lacertos
Imposuit collo rusticus ille tuo. (narrem?)
Rumpor, & invideo, (quid nunc tamen omnia
Membra superjecta cùm tua veste fovet.
Oscula cùm vero coram non dura daretis,
Ante oculos posui pocula sumta meos.
Lumina demitto, cùm te tenet arctiùs ille,
Crescit, & in vito lentus in ore cibus.

Ganymedes venando in Ida. Jove in formam Aquilæ verso, raptus Deorum pincerna factus est. Thiton. Laodemont. fratrem, & Memnon patrem intelligit. Anchises ad Simoenta fluvium cum Vener. concubuit, undè natus Æneas Atreus filius Thyestis fratris ob scelus quoddã ipsi epulando, apposuit, à quo tanto facinore Sol abhorrens, radios abscondit. Pelops Menelai avus Myrthyum. Hippodamiæ aurigam in mare præcipitavit, à quo Mare Myr-

thoum, ecce quod augebat Paridem Cum Veneris puero non malè Bacchò sapit. Ovid. in Arte.

Sæpe dedi gemitus, & te, lasciva, notavi,
In gemitu risum non tenuisse meo.
Sæpe mero volui flammam compescere, at illa
Crevit, & ebrietas ignis in igne fuit.
Multaque ne videam, versa cervice recumbo;
Sed revocas oculos protinus ipsa meos.
Quid faciam dubito, dolor est meus ista videre:
Sed dolor, à facie major abesse tua est!

Communicatio hanc cõmiserationë excitat.

Qua licet, & possum, nitor celare furorem,
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Nec tibi verba damus, sentis mea vulnera, sentis?
Atque utinam soli sint ea nota tibi.
Ah! quoties lacrymis venientibus ora reflexi,

Hæc omnia ab amatore esse facienda ostendit. Ovid. in 2. de Arte.

Ne causam fletus quæreret ille mei.
Ah! quoties aliquem narravi potus amorem,
Ad vultus referens singula verba tuos.
Indiciumque mei ficto sub nomine feci,
Ille ego, si nescis, verus amator eram.
Quin etiam ut possem verbis petulantius uti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sunt, memini, tunica tua pectora laxa,
Atque oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora vel nivibus puris, vel lacte, tuamque

Alludit ad cygnum, in quem Juppiter versus cum Leda concubuit.

Complexo matrem candidiora Jove.
Dum stupeo visis, (nam pocula forte tenebam)
Tortilis à digitis excidit ansa meis.
Oscula si natæ dederas, ego protinus illa
Hermiones tenero latus ab ore tuli.

Hæc Æthra creditur fuisse mater Thesei.

Et modò cantabam veteres resupinus amores,
Et modò per nutum signa tegenda dabam.
Et comitũ primas, Clymenen Æthramq; tuarũ,
Ausus sum blandis nuper adire sonis.

Quæ mihi non aliud, quàm formidare, locuta,
Orantis medias deseruere preces.
Di facerent pretium magni certaminis esses,
Teque suo posset victor habere toro.
Ut tulit Hippomenes Schœneida præmia cursus,
Venit ut in Phrigios Hippodamia sinus.
Ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit,
Dum petit amplexus Deianeira tuos.
Nostra per has leges audacia fortiter isset,
Teque mei scires esse laboris opus.
Nunc mihi nil superest, nisi te, formosa, precari,
Amplectique tuos, si patiare pedes.
O decus! ò præsens geminorum gloria fratrum!
O Jove digna viro, ni Jove nata fores!
Aut ego Sigæos repetam te conjuge portus,
Aut ego Tænaria contegar exul humo.
Non mea sunt summa leviter districta sagitta
Pectora, descendit vulnus ad ossa meum.
Hoc mihi, (nam recolo) fore ut à cœleste sagitta
Figar erat verax vaticinata soror.
Parce datum fatis Helene contemnere amorem,
Sic habeas faciles in tua vota Deos.
Multa quidē subeūt, sed coram, ut plura loquamur,
Excipe me lecto, nocte silente, tuo.
An pudet, & metuis Venerem temerare maritā?
Castaque legitimi fallere jura tori?
Ah! nimiùm simplex Helene, ne rustica dicam,
Hanc faciem culpa posse carere putas?
Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est,
Lis est cum forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet, gaudet Venus, aurea furtis,
Hæc tibi, nempè patrem, furta dedere Iovem.

Hyppomenes Megarei filius. Athalantæ Schęn filiam Hesperidum pomis à Venere datis retardatam cur superavit.

Tęnarea Lacouia à Tenaro quodā loco umbroso in radice Maleæ promontorii juxtà partem per quam creditur esse descensus ad inferos. Virg. Tęnas etiam fauces altā ostia ditis, pro cœlesti, more antiquo. Vall. lib. 3. c. 10. Juven. Rara adeò est concordia formę atque pudicitiæ.

Natos à suis parentibus mores trahere ostendit.

Vix fieri, si sint vires in semine avorum,
Et Jovis, & Leda filia, casta potes.
Casta tamen tum sis, cùm te mea Troja tenebit,
Et tua sim quaeso, crimina solus ego.
Nunc ea peccemus, quae corrigat hora jugalis,
Si modò promisit hoc mihi vana venas.
Sed tibi, & hoc suadet rebus, non voce, maritus;
Neve sui furtis hospitis obstet, abest.

Per Ironiam probat Menelaum indignum tam formosa conjuge

Alias Tyranni.

Menelaum ducit jam cõtemptum eum taxando.

Non habuit tempus, quo Cressia regna videret
Aptius, ò mira calliditate virum!
Ivit, & , Idaei mando tibi, dixit iturus,
Curam pro nobis hospitis, uxor, agas.
Negligis absentis, testor, mandata mariti,*
Cura tibi non est hospitis ulla tui.
Huncine tu speres hominem sine pectore, dotes
Posse satis forma, Tyndari, nosse tua?
Falleris, ignorat. nec, si bona magna putaret,
Quae tenet, externo crederet illa viro?
Ut te nec mea vox, nec te meus incitet ardor,
Cogimur ipsius commoditate frui.
Aut erimus stulti, sic, ut superemus, & ipsum,
Si tam securum tempus abibit iners.
Paenè suis ad te manibus deduxit amantem:
Utere mandantis simplicitate viri.
Sola jaces viduo, tàm longa nocte cubili:
In viduo jaceo solus, & ipse toro.
Te mihi, meq; tibi communia gaudia jungant:
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego jurabo quaevis tibi numina: meque
Astringam verbis in sacra jura tuis.

Timoris culpam in se transfert ab exemplo.

Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri,
Efficiam praesens, ut mea regna petas.

Si

Si pudet, & metuit, ne me videare secuta;
Ipse reus sine te criminis hujus ero.
Nam sequar Ægidæ factum, fratrumq; tuorum
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theseus, geminas, Leucippidas illi,
Quartus in exemplis enumerabor ego.
Troja classis adest armis instructa, virisque,
Jam faciens celeres remus, & aura vias.
Ibis Dardanias ingens Regina per urbes,
Teque novam credet vulgus adesse Deam.
Quaq; feras gressus adolebunt cinnam a flamma,
Casaq; sanguineam victima planget humum.
Dona pater, fratresq; & cum genitrice sorores,
Iliadesq; omnes, totaq; Troja dabunt.
Hei mihi! vix à me pars dicitur ulla futuri,
Plura feres, quam quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur;
Concitet, & vires Græcia magna suas.
Tot priùs abductis, ecque repetita per arma,
Crede mihi, vanos res habet ista metus.
Nomine ceperunt Aquilonis Erechtida Traces,
Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.
Phasida puppe nova vexit Pegasæus Jason,
Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.
Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Theseus:
Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.
Terror in his ipso major solet esse periclo,
Quæque timere libet, pertimuisse pudet.
Finge tamen, si vis ingens consurgere bellum:
Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.
Nec minor est Asia, quam vestra copia terræ:
Illa viris dives, dives abundat equis.

Thæser atq; fratrum larguit Phœba, & Elairam Leucippi filias rapuerunt.

Castor, & Pollux.

Cinnamum idemq; quod cinamomum genus aromatis odoriferæ ex frutica Vide, Pl. lib. 10. c. 10.

Exemplis timorem eximit Orithya Ericht Atheniensis Regis filia, à Borea Rege Thraciæ rapta est.

Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quam Paris, aut armis ante ferendus erit.
Pœnè puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tulit.
Pęnè puer juvenes vario certamine vici:
In quibus Ilioneus, Deiphobusque fuit.
Neve putes, non me nisi comminus esse timendũ
Figitur in jusso nostra sagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta juventæ?
Instruere Atridem non potes arte mea?
Omnia si dederis, nunquã dabis Hectora fratrẽ?
Unus is innumeri militis instar habet.
Quid valeam, nescis, & te mea robora fallunt,
Ignora cui sis nupta futura viro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu,
Aut cedent Marti Dorica castra meo.
Nec tamen indignor pro tanta sumere bellum
Conjuge: certamen præmia magna movent.
Tu quoq; si totus de te contenderit orbis,
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spe modò non timida, Diis hinc egressa secundis,
Exige cum plena munera pacta fide.

Paris Alexãder vocatus est quasi auxiliator, eo quod armenta à Cilicibus abacta recuperaverit. Ilioneus, & Deiphobus Paridis fratres.

Colligit epistolã abigẽs quicquid Helenam terrere posset.

IN XVI. EPIST. ARGUMENTUM.

Multi hanc epistolam non esse Ovidii contendunt. asserentes Sabinum omnes responsales literas confecisse, quod ipsius Ovidii testimonio comprobare nituntur, cùm in secundo elegiarum ità ad Marcum scribat.

Quàm citò de toto rediit meus orbe Sabinus;
Scriptaque diversis retulit ille locis?
Candida Penelope signum cognovit Ulisses,

Le-

Legit ab Hyppolito scripta noverca suo.
Jam pius Æneas miseræ rescripsit Elissæ;
Quodque legat Phyllis, si modò vivit, habet.
Tristis ad Hypsipylem ab Jasone litera venit,
Dat notam Phœbo Lesbis amica lyram.

Quod quidem nihil ad rem facere videtur, cum nullam interim de Helena mentionem faciat; Verùm statim subjunxerit hos duos versus.

Et Paris est illic, & adultera nobile crimen,
Et comes extincto Laodameia viro.

Quibus facere convincuntur, nisi ad Sabinum referre malint: sed cùm Ovidianis epistolis responderit, quo modo possunt esse Sabinis? non, nec Paris, nec Laodameia respondent, sed scribunt, nimirùm hæ quoque Ovidianæ sunt, & eodem penè stylo scriptæ quo reliquæ. Helena autem, lecta Paridis epistola, quasi offensa primùm respondens, objurgat: deinde, ut pudorem tueatur, Paridis suasiones infringere conatur quædam semina spargendo, ne omninò illius amorem negligere videatur, & sic apertè ostendit muliebre ingenium varium esse, atque mutabile, juxtà illud Ovidianum in Arte amandi.

Forsitan, & primo venit tibi litera tristis,
Quæque roget ne se sollicitare velis.
Quod rogat, illa timet, quod non rogat, optat ut instes,

Postremò Paridis voluntatem impetura, ut honestiùs, ità tutiùs visum est, si quid in desiderio erit, non literis mandare, sed ut Clymene, & Æthra, comites fidelissimæ, exponerent: idque cùm fecissent, cum Paride, & Helena ad Trojam advectæ sunt.

HELENA PARIDI RESPONDET.

Nunc oculos tua cũ violaris epistola nostros — Ironicam hospitalitatem reprobat.
Non rescribendi gloria visa levis.
Ausus es hospitii temeratis advena sacris
Legitimam nuptæ sollicitare fidem?
Scilicet idcirò ventosa per æquora vectum
Excipiet portu Tænaris ore suo?

Nec tibi, diversa quamvis à gente venires,
Oppositas habuit regia nostra fores.
Esset ut officii merces injurias tanti?
Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras?
Nec dubito, quia hæc, cùm sit tàm justa, vocetur
Rustica judicio nostra querela tuo.
Rustica sim sanè, dum non oblita pudoris,
Dumq; tenor vitæ sit sine labe meæ.
Si non est ficto vultus mihi tristis in ore,
Nec sedeo duris torva superciliis.
Fama tamē clara est, & adhuc sine crimine vixi,
Et laudem de me nullis adulter habet.
Quò magis admiror, quæ sit fiducia, cœpto,
Spemque tori dederit quæ tibi causa mei.
An quia vim nobis Neptunius attulit heros,
Rapta semel videor his quoq; digna rapi?
Crimen erat nostrum, si delinita fuissem,
Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen ex facto fructum tulit ille petitum,
Ecepto redii passa timore nihil.
Oscula luctanti tantummodò pauca protervus
Abstulit, ulteriùs nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset:
Dii meliùs: similis non fuit ille tui.
Reddidit intactam, minuitque modestia crimen:
Et juvenem facti pœnituisse patet.
Thesea pœnituit, Paris ut succederet illi,
Ne quando nomen non sit in ore meum.
Nec tamen irascor: quis enim succenset amanti?
Si modò quem præfers, non simulatur amor?
Hoc quoq, enim dubito: non quod fiducia desit,
Aut mea sit facies non bene nota mihi:

Hoc exemplo Paridem increpat. Delinita, id est blanditiis captata, & illecta.

Incipit condescendere.

Sed

Sed quia credulitas damno solet esse puellas,
Verbaque dicuntur vestra carere fide.
At peccant aliæ, matronaque rara pudica est:
Quid prohibet raris nomen inesse meum?
Nam mea quod visa est tibi mater idonea, cujus
Exemplo flecti me quoq; posse putes.
Matris in admisso falsa sub imagine lusa
Error inest, pluma tectus adulter erat.
Nil ego, si peccem, possum nescire: nec ullus
Error, qui facti crimen obumbret, erit.
Illa bene erravit, vitiumq; auctore redemit:
Felix, in culpa quo Jove dicar ego?
Quod genus, & proavos, & regia nomina jactas:
Clara domus satis hac nobilitate sua est.
Juppiter, ut soceri proavus taceatur, & omne
Tantalidæ Pelopis, Tyndareique decus.
Dat mihi Læda Jovem, cycno decepta parentem,
Quæ falsam gremio credula fovet avem.
I nunc, & Phrygiæ clara primordia gentis,
Cumq; suo Priamum Laomedonta refer.
Quos ego suspicio, sed quid tibi gloria magna est,
Quintus is à nostro nomine primus erit.
Sceptra tua quamvis rear esse potentia Troja,
Non tamen hæc illis esse minora puto.
Si jam divitiis locus hic, numeroque virorum
Vincitur, at certè barbara terra tua est.
Munera tanto quidem promittit epistola dives,
Ut possint ipsas illa movere Deas.
Sed si jam vellem fines transire pudoris,
Tu melior culpæ causa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo,
Aut ego te potiùs, quam tua dona, sequar.

Sui generis commendatio,

Paridis jactãtiam contemnit.

Quintus à Jove Priamus, nam Juppiter Dardanum Dardan. Erychton. Eryc. Troem Tros Laomedonta Priami patrem. genuit.

Per recriminationem tellit Trojan. imperium.

Ut-

Vtq;ea non sperno,sic acceptissima semper
Munera sunt,auctor quæ pretiosa facit.
Plus multo est quod amas,quod sum tibi causa laboris
Quod tam per longas spes tua venit aquas.
Illa quoq;apposita,quæ nunc facis,improbe,mensa,
Quamvis experiar dissimulare,noto.
Cum modò me spectas oculis lascive protervis,
Quos vix instantes lumina nostra ferunt.
Et modò suspiras,modo pocula proxima nobis
Sumis,quaq;bibi,tu quoq;parte bibis.
Ah! quoties digitis, quoties ego tecta notavi
Signa supercilio pene loquente dari.
Et sæpe extimui,ne vir meus illa videret,
Non satis occultis erubuique notis,
Sæpe,vel exiguo,vel longo murmure dixi:
Nil pudet hunc,nec vox hæc mea falsa fuit.
Orbe quoq;in mensa legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero litera fecit,Amo.
Credere me tamen hæc oculo renuente negavi,
Hei mihi,jam didici sic quoque posse loqui.
His ego blanditiis, si peccatura fuissem.
Flecterer,his poterant pectora nostra capi.
Est quoq;confiteor,facies tibi rara,potestque
Velle sub amplexus ire puella tuos.
Altera,sed potiùs felix sine crimine fiat,
Quam cadat externo noster amore pudor.
Disce meo exemplo formosis posse carere,
Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Quam multos credis juvenes optare quod optas;
Qui sapiant!oculos an Paris unus habes?
Non tu plus cernis,sed plus temerarius audes:
Non tibi plus cordis,sed minùs oris inest.

Amor. signa recenset,ut à causa arguat se allici posse ad amandum, Ovid. in lib.de Art. fac primus capias illius tacta labellis Pocula, qua bibit, parte puella bibas.

Ire enim contra appetitum fortitudo est.

Tunc

Tunc ego te vellem celeri venisse carina,
Cùm mea virginitas mille petita procis.
Si te vidissem, primus de mille fuisses:
Judicio veniam vir dabit ipse meo.
Ad possessa venis, prareptaque gaudia serus,
Spes tua lenta fuit, quod petis, alter habet,
Ut tamen optarem fieri tua Troja conjux,
Invitam sic me nec Menelaus habet.
Desine molle precor verbis convellere pectus,
Neve mihi, quam te dicis amare, noce.
Sed sine, quam tribuit sortem fortuna, tueri:
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At venus hoc pacta est, & in alta vallibus Ida,
Tres tibi se nudas exhibuere Dea.
Unaq; cum regnum, belli daret altera laudem,
Tyndaridis conjux, tertia dixit, eris.
Credere vix equidem cœlestia numina possum,
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Utq; sit hoc verum, certè pars altera ficta est,
Judicii pretium qua data dicor ego,
Non est tanta mei fiducia corporis, ut me
Maxima, teste Dea, dona fuisse putem.
Contenta est oculis hominum mea forma probari:
Laudatrix Venus est insidiosa mihi.
Sed nihil inficior, faveo quoque laudibus istis.
Nam mea vox quare, quod cupit, esse neget?
Ne tu succense nimiùm mihi creditus agrè.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas,
Proxima, me visam præmia summa tibi.
Nec te Palladios, nec te Junonis honores,
Auditis Helena praposuisse bonis.

Oris, id est verecundiæ, cujus os testis est.

Quoniam varium, & mutabile sẽper fœmina.

Nec divisione quicquid jusjuraverit, detegit.

Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum,
Ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.
Ferrea, crede mihi, non sum, sed amare recuso
Illum, quem fieri vix puto posse meum.
Quid bibulum curvo proscindere littus aratro,
Spemque sequi conor, quam locus ipse neget?
Sum rudis ad Veneris furtum, nullaq; fidelem
(Di mihi sunt testes) lusimus arte virum.
Nūc quoq; quod tacito mādo mea verba libello,
Fungitur officio littera nostra novo.
Felices, quibus usus adest, ego nescia rerum,
Difficilem culpa suspicor esse viam.
Ipse malo metus est jā nunc confundor, & omnes
In nostris oculis vultibus esse reor.
Nec reor hoc falsò: sensi mala murmura vulgi,
Et quasdam voces retulit Æthra mihi.
At tu dissimula, nisi si desistere mavis:
Sed cur desistas? dissimulare licet.*
Laude, sed occultè; major, non maxima nobis
Est data libertas, quod Menelaüs abest.
Ille quidem procul est, ità recogente, profectus:
Magna fuit subita, justaq; causa viæ.
An mihi sic visum est: ego, cū dubitaret, an iret?
Quàm primùm, dixi, fac rediturus eas.
Omine lætatus dedit oscula, resq; domusq;
Et tibi sit cura Troicus hospes, ait.
Vix tenui risum, quem dùm compescere luctor,
Nil illi potui dicere, præter, erit.
Vela quidem ventis Creten dedit ille secundis,
Sed tu non ideò cuncta licere puta.
Sic meus hic vir abest, ut me custodiat absens,
An nescis longas regibus esse manus?

A novitate difficultatem auget.

In amorem adducta rei facilitatem exoptata sinistro rumore timor.

*potes

Apertiùs extulit, quod animi haberet.

Menelai discessum à necessitate erat, quem Paris simplicitate damnaverat.

Fama quoque est oneri. nam quò constantius ore
Laudamur vestro, justius ille timet. est,
Quę juvat ut nūc est eadem mihi gloria damno
Et meliùs famæ verba dedisse fuit.
Nec quod abest, hic me tecum mirare relictam
Moribus, & vita credidit ille meæ.
De facie metuit, vitæ confidit, & illum
Securum probitas, forma timore facit.
Tempora ne pereant ultrò data præcipis, utque
Simplicis utamur commoditate viri.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas,
Et satis in dubio pectora nostra labant.
Et vir abest nobis, & tu sine conjuge dormis,
Inque vicem tua me, te mea forma capit.
Et longa noctes, & jam sermone coimus,
Et tu (me miseram!) blandus & una domus,
Et peream si non invitent omnia culpam,
Nescio quò tardor, sed tamen ipsa metu.
Quod male persuades, utinam bene cogere posses,
Sic mea rusticitas excutienda fuit.
Utilis interdum est ipsis injuria passis,
Sic certè felix ipsa coacta velim.
Dum novus est, cœpto potiùs pugnemus amori,
Flamma recens parva sparsa resedit aqua.
Certus in hospitibus non est amor: errat, ut ipsi;
Cumq nihil speres firmius esse, fuit.
Hypsiphyle testis, testis Minoïa virgo est,
In non exhibitis utraque juncta toris.
Tu quoque dilectam multos infide per annos
Diceris Oenonem destituisse tuam.
Nec tamen ipse negat, & nobis omnia de te
Quærere (si noscis) maxima cura fuit.

Suasionem concedit factum differendo.

Ad culpæ recordationē suspirat.

Anceps in Paridis fide adhuc amori repugnat.

Probatio à simili.

Inconstantiam à necessitate arguit.

Adde, quod ut cupias constans in amore manere,
Non potes: expediunt jam tua vela Phryges.
Dum loqueris mecũ dum nox sperata paratur,
Qui ferat in patriam, jam tibi ventus erit.
Cursibus in mediis novitatis plena relinques
Gaudia: cum ventis noster abibit amor.
An sequar, ut suades, laudataq; Pergama visam
Pronurus, & magni Laomedontis ero?
Non ita contemno volucris praeconia famae,
Ut probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit Sparte? quid Achaja tota?
Quid gentes Asiae? quid tua Troja loqui?
Quid Priamus de me? Priami quid senties uxor?
Totq; tui fratres, Dardanidesque nurus?

Verissimum argumentũ.

Tu quoque qui poteris tibi me sperare fidelem?
Et non exemplis anxius esse tuis?
Quicumque Iliacos intraverit advena portus,
Is tibi solliciti causa timoris erit.
Ipse mihi quoties iratus, adultera dices,
Oblitus nostro crimen inesse tuum.
Delicti fies idem reprehensor, & auctor:
Terra, precor, vultus obruat ante meos.
At fruar Iliacis opibus, cultuque beato,
Donaque promissis uberiora feram.
Purpura nempe mihi, pretiosaq; texta dabuntur,
Congestoq; auri pondere dives ero.
Da veniam fassae, non sunt tua munera tanti,
Nescio quo tellus me tenet ista modo.
Quis mihi, si laedar, Phrygiis succurret in oris?
Unde petam fratris, unde parentis opem;
Omnia Medeae fallax promisit Jason;
Pulsa est Aesonia non minus illa domo.

Ovid. de Ponto. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores nõ finit esse sui. Exemplo auget incommodata.

Non

Non erat Æetes, ad quem despecta veniret,
Non ipsea parens Chalciopeq; soror.
Tale nihil tiemeo: sed nec Medea timebat:
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Omnibus invenies, quæ nunc jactantur in alto,
Navibus à portu lene fuisse fretum.

Adagium. Metaphoricè ostendit maximum amorem in odium posse verti.

Fax quoq; me terret, quam se peperisse cruentã
Ante diem paratus est tua visa parens.
Et vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo
Ilion arsurum præmonuisse ferunt.

A somniis, & vaticiniis rapinam dissuadet.

Utq favet Cytherea tibi, quia vicit, habetque
Parta per arbitrium bina trophæa tuum.
Sic illas vereor, (quæ si tua gloria vera est)
Judice te causam non tenuere Deæ.

Junonem, & Palladem intelligit.

Nec dubito, quin te si persequar, arma parẽtur,
Ibit per gladios, hei mihi, noster amor!
An fera Centauris indicere bella coegit
Atracis Hæmonios Hippodamia viros?

Athrax, Strabone teste, urbs Thessaliæ, ex qua fuit Hippodamia Pyrithoi uxor, propter quã acre bellum motum est inter Centauros, & Lapitas.

Tu fore tam lentum justa Menelaon in ira,
Et geminos fratres Tyndareumq; putas?
*Quod bene te jactes, & fortia facta * loquaris,*
*A verbis facies * dissidet ista suis.*
Apta magis Veneri, quã sint tua corpora Marti,
Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare jubeto,
Militia est operis altera digna tuis.
His ego si saperem, paulòque audacior essem,
Uterer, utetur si qua puella sapit.
Aut ego deposito faciam fortasse pudore,
Et dabo conjunctas tempore victa manus.

Plus spei, quam timoris Paridi relinquit.

Quod petis, ut furtim præsentes ista loquamur,
Scimus quid captes, colloquiumque voces.

Sed nimiū properas,& adhuc tua messis in herba est,
Hæc mora sit voto forsan amica tuo.

Pulchertima metaphora.

Hactenùs arcanum furtivæ conscia mentis
Littera jam lasso pollice sistat opus.
Cætera per socias Clymenē, Æthramq; loquamur;
Quæ mihi sunt comites, consiliumq; duæ.

IN XVII. EPIST. ARGUMENTUM.

Hellespontia cùm mare septem tantùm stadiis, teste Plinio, Europam ab Asia dividens, Seston in Europa, Heras patriam & Abydon in Asia, ex qua fuit Leander, adversas urbes habet; cùm autem Leander Abydenus Sestiam puellam Hero miserè deperiret, per Hellespontum noctu ad eam natare consueverat, sed maris tempestate interclusus, jam prætertis septem diebus, ad amicam. Hero per audacem nautam ea tempestate Seston navigantem, hanc epistolam misit, in qua primùm amorem suum firmum, & stabilem esse ostendit: deindè queritur, quod natandi facultas, ob ferventissimum maris æstum ei sit ablata, demùm verò pollicetur se brevi iturum. Et quamvis mare non fuerit tranquillum, se tamen periculis potiùs commissurum, quàm illius jucundissimo conspectu, atque colloquio cariturum. Unde de eo sic cecinit Martialis;

Cùm peteret dulces audax Leander amores,
Et fessus tumidis jam premeretur aquis,
Sic miser instantes effatus dicitur undas:
Parcite dùm propero, mergite dùm redeo.

LEANDER HERONI.

ira A dubitatione pathos.

Mittit Abydenus, quam malles ferre, salutē,
*Si cadat * unda maris, Sesta puella tibi.*
Si mihi Dii faciles, & sunt in amore secundi,
Invitis oculis hæc mea verba leges.
Sed non sunt faciles, nàm cur mea vota morantur?
Currere me nota non patiuntur aqua?

Ipsa

Ipsa vides cœlum pice nigrius, & freta ventis
Turbida, perq; cavas vix adeunda rates.
Unus, & hic audax, a quo tibi litera nostra
Redditur, a portu navita movit iter.
Ascensurus eram, nisi quod dum vincula prora
Solveret in speculis omnis Abydos erat.
Non poteram celare meos, velut ante, parentes:
Quemque tegi volumus, non latuisset amor.
Protinus hæc scribens, felix, i litera, dixi,
Jam tibi formosam porriget illa manum.
Forsitan admotis etiam tangere labellis,
Rumpere dum niveo vincula dente voles.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cætera cum charta dextra locuta mea est.
Ah quanto mallem, quam scriberem, illa nata-
Meq; per assuetas sedula ferret aquas (ret,
Aptior illa quidem placido dare verbera ponto,
Est tamen & sensus apta ministra mei.
Septima nox agitur (spatium mihi longius anno)
Sollicitum raucis quod mare fervet aquis.
His ego si vidi mulcentem pectora somnum
Noctibus, insani sit mora longa freti.
Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis:
Et quo non possum corpore, mente feror.
Lumina quin etiam summa vigilantia turre
Aut videt, aut acies nostra videre putat.
Ter mihi disposita est in sicca vestis arena,
Ter grave tentavi carpere nudus iter.
Obstitit inceptis tumidum juvenilibus æquor;
Mersit, & adversis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immansuetissime ventis,
Quid mecum certa prœlia mente geris?

Synecdoche.

Sermocinatio hæc cum re inanimata ad movendū aptissima est, teste Fabio.

Appositio pathos. continens.

Dura amantis imprecatio.

Ad Boream apostrophat.

Orit. Actæa à Borea amata fuit, & rapta.

Aleus filius Jovis, & Egestæ filiæ Hippotis.

Trojani, à quo dicitur Hippotades

Dædal Min. iram fugiens alas sibi, & filio coaptavit, sed filius Icarus decidit in mare, quod ab eo Icarus vocatus est,

Tempus cõmemorat, in quo primum Hero potitus est.

In me (si nescis) Borea, non æquora sævis,
Quid faceres, esset ni tibi notus amor? (dam,
Tum gelidus cùm sit, non te tamen improbe quõ-
Ignibus Actæis incaluisse negas?
Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet
Aërios aditus, quo paterere modo? (ram,
Parce precor, facilemq; move moderatius au-
Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.
Vana peto precibusq; meis obmurmurat ipse,
Quasq; quatit, nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas
Icariũ quamvis hic propè littus adest. (ras
Quidquid erit, patiar: liceat modo corpus in au-
Tollere, quod dubia sæpe pependit aqua.
Interea, dum cuncta negant ventiq; fretumq;
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiẽs (nãq; est meminisse voluptas)
Cum foribus patriis egrediebar amans.
Nec mora, deposita pariter cum veste timore,
Jactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Ut comes in nostra officiosa vias.
Hanc ego suspiciens, faveas, ò candida, dixi,
Et subeant animo Latmia saxa tuo.
Non sinit Endymion te pectoris esse severi,
Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.
Tu Dea mortalem cœlo delapsa petebas,
(Vera loqui liceat) quam sequor, ipsa dea est.
Heu referam mores cœlesti pectore dignos:
Forma nisi in veras non cadit illa deas.
A Veneris facie non est prior illa, tuaque
Neve meis credat vocibus, ipsa vide.

Quan-

Quanto cum radiis fulges argentea puris:
Concedunt flammis sidera cuncta tuis.
Tanto formosis formosior omnibus illa est,
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego, vel certe non his diversa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Unda repercussæ radiabat imagine Lunæ,
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; vox nũquam nostra veniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Alcyones solæ, memores Ceycis amati,
Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.
Jamque fatigatis humero sub utroq; lacertis,
Fortiter in summas erigor altus aquas.
Ut procul aspexi lumen, meus ignis in illo est:
Illa meum, dixi, litora lumen habent.
Et subito lassis vires rediere lacertis,
Visaq; quam fuerat mellior unda mihi.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore, præstat amor.
Quò magis accedo, propioraque littora fiunt,
Quoque minùs restat, plus libet ire mihi.
Cùm verò possum cerni quoque protinus addis,
Spectant rix animos, ut valeamque facis.
Tunc etiam nando dominæ placuisse labore,
Atque oculis jacto brachia nostra tuis.
Te tua vix prohibet nutrix descẽdere in altum:
Hoc quoq, enim vidi: nec mihi verba dabas.
Nec tamen effecit, quamvis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexu, feliciaque oscula jungis,
Oscula (Di magni) trans mare digna peti.

Alludit ad fabulã Alcyonis, quæ viso cadavere Ceycis mariti in littus ejecto, se in mare præcipitavit, sed jussu Amphytrites ambo in Alcyones aves sunt cõversi, quæ tranquillitate niveis promittunt, & præcipuè cũ nudificant.

Eque tuis demptos humeris mihi tradis amictus,
Et madidam siccas aequoris imbre comam.
Caetera nox, & nos, & turris conscia novit,
Quodq; mihi monstrat per vada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
Helespontiaci quam maris alga potest.
Quò breviùs spatium nobis ad furta dabantur,
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.
Jamque fugatura Tithoni conjuge noctem,
Praevius Aurorae Lucifer ortus erat.
Oscula congerimus properata sine ordine raptim,
Et querimur parvas noctibus esse moras.
Atque ita contactus monitu nutricis amare,
Frigida deserta littora à turre peto.
Digredimur flentes, repetoq; ego virginis aequor,
Respiciens dominam dum licet usque meam.
Si qua fides verò est, veniens huc esse natator,
Cum redeo, videor naufragus esse mihi.
Hoc quoq; si credis, ad te via prona videtur:
A te cum redeo, clivus inertis aquae.
Invitus patriam repeto; quis credere posset?
Invitus certè non moror urbe mea.
Hei mihi, cur animis juncti secernitur undis,
Unaque mens, tellus non habet una duos!
Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos.
Tam tua terra mihi, quam tibi nostra placet.
Cur ego confundor, quoties confunditur aequor?
Cur mihi causa levis, ventus obesse potest?
Jam nostro curvi norunt Delphines amores,
Ignotum nec me piscibus esse reor.
Jam pater attritus solitarius limes aquarum,
Non aliter multa quam via pressa rota.

Hellespontiacum, quia mare dictum est ab Helle, Phrixi sorore illuc submersa.

Alludit ad fabulam Hellis puellae.

Clives, id est ascensus, seu monticulus, & est metaphora ab aurigis.

Hyperboles.

Quod

Quod mihi non esse, nisi sic iterare querebar:
At nunc per ventos hoc quoq; deesse queror.
Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent:
Vixque manet portu tuta carina suo.
Hoc mare cũ primum de virgine nomine mersa
Quā tenes est nactum, tale fuisse puto.
Et satis am ssa locus hic infamis ab Helle,
Utque mihi parcat, nomine crimen habet.
Invideo Phryxo, quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.
Nec tamen officium pecoris navisq; requiro,
Dummodo, quas findam corpore, dētur aquæ.
Arte egeo nulla: detur modò copia nandi:
Idem navigium, navita, vector ero.
Nec sequitur ante Helicē, aut quā Tyrus utitur Arcton:
Publica non curat sidera noster amor.
Andromeden alius spectet, claramq; coronam,
Quæque micat gelido Parrhasis versa polo.
At mihi quod Perseus, & cũ Jove Liber amarunt,
Indicium dubiæ non placet esse viæ.
Est aliud lumen multò mihi certiùs istis,*
Non erit in tenebris quo duce noster amor.
Hoc ego, dum spectem, Colchos, atq; ultima Pōti,
Quaq; viam fecit Thessala puppis, eam.
Et juvenem possum superare Palęmona nando,
Miraq; quem subito reddidit herba Deum.
Sæpe per assiduos languens mea brachia motus,
Vixque per immensas fessa trahuntur aquas.
His ego cum dixi pretium non vile laboris,
Jam dominæ vobis colla tenenda dabo.
Protinus illa valent: atq; ad sua præmia tendūt,
Ut celer Eléo carcere missus equus.

Auget querelam.
Alienæ fortunæ memoriam.
Phryxus Helles frater.
Helice ursa major, Arctos verò minor, quam Tyrii observant sicuti Græci Helicen sunt autem in nostro polo.
Andromede Persei uxor, in sidera translata sicut corona.
Ariadnes, in qua una pręfulget stella.
*numen
Palæmon Deus marinus, qui etiē Melicerta dictus est.
Glaucus marinus Deus ex piscatore gramine gustato in Deū conversus.

Elis oppidũ in Acarnania In campis Elis, ubi Jovi ludi olympiaci quinquenares variis certaminibus, sed equorum cursu percelebres fiebant.

A Tantali similitudine auget difficultatem.

Ipse meos igitur servo, quibus uror, amores,
Teque magis cœlo digna puella sequor,
Digna quidem cœlo, sed adhuc tellure morare:
Aut die ad Superos, hinc mihi qua sit iter.
Hinc est quod rarè misero contingit amanti,
Cumq; mea fiunt turbida, mente freta.
Quid mihi, quod lato nõ separor æquore prodest?
Nõ minùs hæc nobis tam brevis obstat aqua.
Non malim, dubito tot procul orbe remotus,
Cum domina longè spem quoq; habere meam.
Quò propiùs nunc est, flamma propriore calesco:
Et res non semper, spes mihi semper adest.
Pene manu, quod amo, tanta est vicinia tango:
Sæpe, sed heu, lacrymas hoc mihi pæne movet,
Velle, quod est aliud fugientia prendere poma?
Spemque suo refugi fluminis ore sequi?
Ergo ego te nunquã, nisi cum volet unda, tenebo,
Et me felicem nulla videbis hyems?
Cumq; minùs firmum nil sit, quã vẽtus, & unda,
In vẽtis, & aqua spes mea semper erit. (quor
Æstus adhuc tamẽ est, quod cùm mihi læserit æ-

Plejades ortu, & occasu tempestates faciunt: sunt autem stellæ quę Taurum perficiunt, præter caput Græce.

Vaticinatur de seipso: natãdo enĩ submersus est.

Plejas, & Arctophylax, Oleniumque pecus.
Aut ego nõ novi, quam sim temerarius: aut me
In freta non cautus tunc quoq; mittet amor.
Neve putes in me, quod abest, promittere tẽpus,
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Si tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor
Ire per invitas experiemur aquas.
Aut mihi continget felix audacia salvo,
Aut mors solliciti finis amoris erit.
Optabo tamen, ut portas expellar in illas,
Et teneant portus naufraga membra tuos.

Fle-

Flebis enim, tactuq; meum dignabere corpus,
Et mortis, dices, huic ego causa fui.
Scilicet interitus offenderis omne nostri,
Litteraque invisa est hac mea parte tibi.
Desino, parce, queri, sed & ut mare finiat iram,
Accedant quaeso, fac tua vota meis.
Parce, brevi nobis opus est, dum transferor istuc,
Cum tua contigero littora, perstet hyems.
Isthic est aptum nostrae navale carinae,
Et melius nulla stat mea puppis aqua.
Isthic me claudat Boreas, ubi dulce morari est, Metaphora.
Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.
Nec faciam surdis convitia fluctibus ulta,
Triste nata vero, nec querar esse fretum.
Me pariter venti teneant, tenerique lacerti,
Per causas istic impediarque duas.
Cum patietur hyems, remis ego corporis utar,
Lumen in aspectu tu modò semper habe.
Interea pro me pernoctet epistola tecum,
Quã precor ut minima persequar ipse mora.

IN XVIII. EPIST. ARGUMENTUM.

Non satis constat cujus sit hæc epistola, cum præcedente, duabusque sequentibus: nam nec quæ legitur Leandri ad Heronem, nec quæ Herus ad Leandrum, nec quæ Acontii ad Cydippen, nec quæ Cydippes ad Acontium ab Ovidio unquam scriptas fuisse, aut à Sabino, ipsemet comprobat in secundo elegiarum, sic scribens ad Marcum.

Et quod Penelopes verbis reddatur Ulyssi
Scribimus, & lacrymas Phylli relicta tuas. (son,
Quod Paris, & Machareus, & quod male gratus Ja-
Hyppolytique parens, Hyppolytusque legant.
Quodque tenens strictum Dido miserabilis ensem,
Dicat, & Æoniæ Lesbis amica lyræ. &c.

Re-

Reliqua studiosis illic legenda reliquimus, satis est admonuisse. Hero accepta Leandri epistola respondet id agens, ut se ardenter redamare significet, & ad mutuos amplexus amatorem advocet, desidiam verò interdum accusat, ut ostendat, quam sincero continuò amore semper amet, aliquando in mare invehitur. Nonnumquam timet, ne ob aliam fuerit destituta. Verùm statim amoris suspicionem in amantium consuetudinem, quia omnia timent, transferendo, conjecturam imminuit. Demùm suadet, ut non nisi tranquillo freto se committat.

HERO LEANDRO.

Desiderium auget à temporis momẽto, se majorem pati cruciatum. A sexu arguit Ratione physicali probat intentum. A studiorum varietate cõfirmatio.

Quam mihi misisti verbis, Leandre, salutem
Ut possim missam rebus habere, veni.
Longa mora est nobis omnis quæ gaudia differt,
Da veniam fassæ, non patienter amo.
Urimur igne pari, sed sum tibi viribus impar;
Fortiùs ingenium suspicor esse viris.
Ut corpus teneris, sic mens infirma puellis,
Deficiam, parvi temporis adde moram.
Vos, modò venando, modò rus geniale colendo,
Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora vos retinent, aut docta dona palestra,
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc volucrẽ laqueo, nunc piscẽ ducitis hamo,
Diluitur posito serior hora mero.
*His mihi*submotis, vel si minùs acriter urar,*
Quid faciam? superest, præter amare, nihil.
Quod superest, facio: teq; ò mea sola voluptas
Plus quoq; quã credis, quod mihi possit, amo.
Aut ego cum cara de te nutrice susurro,
Quæque tuum miror causa moretur iter.

* *semotis*

Aut

Aut mare prospiciens odioso concita vento,
Corripio verbis æquora sæpe tuis.
*Aut ubi*sęvitiam paulùm gravis unda remisit,* sævitia.
Posse quidem, sed te nolle venire queror.
Dũq; queror, lacryma per amantia lumina manãt,
Pollice quas tremulo cõscia siccat anus.
Sæpe tui specto si sint in littore passus,
Impositas tanquam servet arena notas;
Utq; regem de te, & scribam tibi, si quis Abydo
Venerit, aut quæro, si quis Abydon eat.
Quid referat? quoties do vestibus oscula, quas (un
Hellespontiaca ponis iturus aqua. A tempore pathos.
Sic ubi lux acta est, & noctis amicior hora,
Exhibuit pulsa sidera clara die.
Protinùs in summa vigilantia lumina turre
Ponimus, & assueta signa, notamque viæ. Facem accen sam subintelligit.
Tortaque versato ducentes stamina fuso,
Fœminea tardas fallimus arte moras,
Quid loquar interea tam longo tempore, quæris?
Nil nisi Leandri nomen in ore meo est.
Jam ne putas exisse domo mea gaudia nutrix? Ad nutricem apostrophat.
An vigilant omnes, & timet ille suos?
Jam ne suas humeri illam deponere vestes?
Tingere jam pingui Pallade membra putas? Pingui Pallade, id est oliva, cujus inventrix fuis Pallas.
Annuit illa ferè, non nostra quod oscula curet,
Sed movet obrepens somnus anile caput.
Postq; more minimũ, jam certè navigat, inquam
Lentaq; dimotis brachia jactat aquis.
Paucaque cum tecta perfeci stamina terra,
An medio possis, quærimus esse freto. (mur,
Et modo prospicimus, timida modo voce precamur,
Ut tibi det faciles utilis aura vias.

An-

Auribus interdum voces captamus, & omnem
Adventus strepitum credimus esse tui.
Sic ubi decepta pars est mihi maxima noctis,
Acta subit furtim lumina fessa sopor.
Forsitan invitus, mecum tamē improbe, dormis,
Et quamvis non vis ipse venire, venis.
Nā modò te videor probe jam spectare natantē,
Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nunc dare quæ soleo madidis velamina mēbris,
Pectora nunc juncto nostra fovere sinu.
Multaq; præterea lingua reticenda modesta,
Quæ fecisse juvat, facta referre pudet.
Me misera, brevis est hæc, & non vera voluptas,
Nam tu cum somno semper abire soles.
Firmiùs, ò cupidi tandem coëamus amantes,
Nec careant vera gaudia nostra fide.
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
Cur toties à me, lente natator, abes?
Est mare, confiteor, nondum tractabile nanti,
Nocte sed hesterna lenior aura fuit.
Cur ea præterita est? cur non ventura timebas?
Tum bona cur periit, nec tibi capta via est?
Protinùs ut similis detur tibi copia cursus,
Hoc melior certe, quò prior illa fuit.
At cito mutata est jactati forma profundi,
Tempore, cùm properas, sæpè minore venis.
Hic puto deprensus, nil quod quæreris, haberes,
Meque tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certè ego tunc ventos audirem læta sonantes,
Et nunquam placidos esse precarer aquas.
Quid tamen evenit? cur sis metuentior undæ?
Contemptumq; priùs nunc vereare fretum?

Nam inhonesta exprimere dedecet puellam.

Peracta demōstratione ad querelam redit.

Leandri verba objectat.

Pellicis suspicionem ingerit.

Nam

Nam memini cum te sævum veniente minaxq;
Non minùs, aut multo nõ minùs, æquor erat.
Cùm tibi clamabam, Sic tu temerarius esto,
Ne misera virtus sit tua flenda mihi.

Virtus, id est, animositas, sive natandi audacia.

Unde novus timor hic quoq; illa audacia fugit,
Magnus ubi est spretis ille natator aquis?
Sis tamen hoc potiùs, quã quod priùs esse solebas,
Et faciat placidum per mare tutus iter.
Dummodo sis idem, dum sic, ut scribis, amemur,
Flammaque non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam ventos timeo mea vota morantes
Quam similis vento ne tuus erret amor:
Et ne sim tanti, superentque pericula causam,
Et videar merces esse labore minor.

Quicquid in occulta suspicione erat, aperit.

Interdum metuo, patria ne lædar, & impar
Dicar Abydeno Thressa puella toro.
Ferre tamen possum patientiùs omnia, quam si
Otia nescio qua pellice captus agas.
In tua si veniant alieni colla lacerti,
Sitque novus nostri finis amoris, amor.
Ah! potiùs peream, quam crimine vulnerer isto,
Fataque sint culpa nostra priora tua.
Nec quia venturi dederis mihi signa doloris,
Hæc loquor, aut fama sollicitata nova.
Omnia, sed vereor (quis enim securus amavit?)
Cogit, & absentes plura timere locus.

A loci distãtia auget timorem.

Felices illas, quas sua præsentia nosse
Crimina vera juvat, falsa timere vetat.
Nos tam vana movet, quã facti injuria fallit:
Incitat, & morsus error uterque pares.
O utinam venias aut hic ventusve, paterve
Causa sit, aut tanta fœmina nulla mora.

Pares morsus, id est, pares curas.

Quod si quã sciero, moriar (mihi crede) dolẽdo,
Jam dudum peccas, si mea fata petis.
Sed neque peccabis, frustraque ego terreòr istis:

Suspiciones purgat in tẽpestatẽ causam desidiæ referens.

Quoq; minùs venias, invida pugnat hiems.
Me miseram, quanto plangũtur littora fluctu,
Et latet obscura condita nube dies!
Forsitan ad pontum mater pia venerit Helles,

Nephales mater Helles & marisnympha.

Mersaque turbatis nata fleatur aquis.
Aut mare, ab inviso Privignæ nomine dictũ:
Vexat in æquoream versa noverca Deam.
Non favet, ut nunc est, teneris locus iste puellis,
Hac Helle periit, hac ego lædor aqua.

De Amymone Danai filia Naupl. Palamed patrem genuit Neptun filius ex Tyro. Salmon filia Heleum Nestorii patrẽ Alcyone una ex Pleiadib. Atlantis filia sicut Geleno Imphimed intelligit Circes, & Asymonis filiam Laod. Priam. filia.

At tibi flammarum memori, Neptune, suarũ,
Nullus erat ventis impediendus amor.
Sed neque Amymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula vana tui.
Lucidaq; Alcyone, Circeq; & Alymone nata,
Et nondum nexi angue Medusa, comis.
Flavaque Laodice, cœloque recepta Celeno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certè, pluresq; canunt, Neptune, Poetæ,
Molle latus lateri conseruisse tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris,
Assuetum nobis turbine claudis iter?
Parce ferox, latoque mari tua prælia misce:
Seducit terras hac brevis unda duas.
Te decet aut magnas magnum jactare carinas,
Aut etiam totis classibus esse trucem.
Turpe Deo pelagi, juvenem terrere natantem,
Gloriaque est stagno quolibet ista minor.

Ex querimonia ad demõstrationẽm redit.

Nobilis ille quidem est, & clarus origine, sed nõ
A tibi suspecto ducit Ulysse genus.

Da

Da veniam, servaq; duos, natat ille: sed isdem
Corpus Leandri, spes mea pendet aquis.
Sternuit; & lumen (posito nam scribimus illo)
Sternuit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos distillat in ignes,
Crasq; erimus plures inquit: & ipsa bibit.
Effice nos plures evicta per æquora lapsus,
O penitùs toto corde recepte mihi!
In tua castra redi socii desertor amoris,
Ponuntur medio cur mea membra toros
Quod timeas, non est: auso Venus ipsa favebit;
Sternet, & æquoreas æquore nata vias.
Ire libet medias ipse mihi sæpe per undas,
Sed solet hoc maribus tutiùs esse fretum.
Nam cur hoc vectis Phryxo, Phryxiq; sorore
Sola dedit vastis fœmina dedit aquis?
Forsitan ad reditum metuas, ne tempora desint,
Aut nequeas gemini ferre laboris onus?
At nos diversi medium coeamus in æquor,
Obviaque in summis oscula demus aquis?
Atq, ita quisq; suas iterũ redeamus ad urbes,
Exiguum, sed plus quam nihil, illud erit.
Vel pudor hic utinã, qui nos clam cogit amare,
Vel timidus famæ cedere vellet amor!
Nũc malè, res jũcta, calor, & reverẽtia pugnãt,
Quid sequar, in dubio est, hęc decet, ille juvat.
Ut semel intravit Colchos Pagasæus Jason:
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Ut semel Idæus Lacedæmona venit adulter,
Cum præda rediit protinùs illa sua.
Tu, quam sæpe petis quod amas, tàm sæpe relinquis,
Et quoties grave sit puppibus ire, natas.

Ingeniosa inventio exẽplis corroborata.

Nam & alibi Ovid. Non bene conveniunt, nec in una sede morantur, Majestas, & amor.

Pagasæus Thessal. Medeam significat à Phaside Colchorum fluvio.

Sic tamen, ò juvenis tumidarum victor aquarũ,
Sic facito ſpernas, ut vereare fretum.
Arte laborata merguntur in æquore puppes,
Tu tua plus remis brachia poſſe putas?
Quod cupis, hoc nautæ metuũt, Leãdre, natare;
Exitus hic fractis puppibus eſſe ſolet.
A majori. *Me miſeram! cupio nō perſuadere quod hortor:*
Siſque, precor, monitis fortior ipſe meis.
Dummodò pervenias, excuſſaq; ſæpe per undas
Injicias humeris brachia laſſa meis.
Submerſi Leandri præſagium. *Sed mihi cæruleas quoties obſervor ad undas,*
**Neſcio quæ pavidum frigora pectus habēt.*
Nec minus heſterna confundor imagine noctis,
Quamvis eſt ſacris illa piata meis.
Namq; ſub Auroram, jam dormitante lucerna,
(Tempore quo cerni ſomnia vera ſolent,)
Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis,
Rectè à Delphino præſagit, quoniam homini amicus eſt, teſte Plinio. *Collaq; pulvino noſtra ferenda dedi.*
Hic ego ventoſas nantem delphina per undas
Cernere non dubia ſum mihi viſa fide.
Quem poſtquam bibulis illiſit fluctus arenis,
Unda ſimul miſerum, vitaq; deſeruit.
Quicquid id eſt, timeo: nec tu mea ſomnia ride,
Nec niſi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ,
Quæ nunquam, niſi te ſoſpite, ſoſpes erit.
Spes tamen eſt fractis vicinæ parcit in undis,
ſcinde *Tum placidas tuto pectore *ſcinde vias.*
Interea quoniam nanti freta pervia non ſunt,
Leniat inviſas littera miſſa moras.

IN

IN XIX. EPIST. ARGUMENTUM.

Profectus ad sacra Dianæ Acontius, quæ in Delo, Insula maris Ægei, omnium Cycladum clarissima, ex frequenti virginum conventu celebrabantur, in amorem visæ Cydippes, puellæ nobilis exarsit. Sed cùm illam ob generis imparitatem non auderet in suum amorem sollicitare, novam commentus fraudē in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce versus:

Juro tibi sanæ per mistica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram.

Atque illud ad pedes puellæ projecit, quæ fraudis inscia, cum prudens legeret, visa est se uxorem Acontio pacisci; nam quæ ante Deos in Templo Deliæ Dianæ dicerentur lata esse debere, lex erat. Cùm autem paulò post pater hujusce rei insciius, illam alii desponderet, subita febre correpta est. Quare hac epistola Acontius conatur persuadere hunc morbum à Diana immissum esse, eo quod non impleverit, quæ Deo presente promiserit. Ne verò iterùm deciperetur, ab ea exorditur parte, qua maximè hesitare poterat, adducit deinde eum in odium, cui desponsata fuerat, cùm dicat omnem ægritudinem accidere illius causa.

ACONTIUS CYDIPPE.

Accipe, Cydippe, despecti nomen Aconti,
Illius in poma qui tibi verba dedit.
Pone metum, nil hic iterum jurabis amantis,
Promissam satis est te semel esse mihi.
Perlege, discedat sic corpore languor ab isto:
Qui meus est, ulla parte dolente dolor.
Quid pudor ora subitnam sicut in æde Dianæ
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Conjugium pactamq; fidem, non crimina, posce,
Debitus ut conjux, non ut adulter, amo.

Alii hæc duo prima carmina non habent.
A pacto epistolam legi suadet.

Periphrasis de pomo.

Verba licet repetas, quæ demtus ab arbore fœtus
Pertulit ad castas me jaciente manus.
Invenies illic id te spondere, quod opto:
Ni tibi cum verbis excidit illa fides.
Id metui, diva diffusa est ira, dicebat,
Te potiùs virgo, quam meminisse Deam.
Nunc quoq; idē timeo, sed idē tamē acriùs illud
Assumpsit vires, auctaq; flamma mora est.
Quiq; fuit numquam parvus, vel tempore lōgo,
Ex spe, quam dederas tu mihi, crevit amor.
Spē mihi tu dederas, meus hic tibi credidit ardor.
Non potes hoc factum teste negare Dea.
*Me tibi nupturam felix eat omen Aconti

Jurare

Juro, quam colimus, numina magna Deæ.

Hos duos versus alii non habent.

Adfuit, & præsens, ut erat, tua verba notavit,
Et visa est mota dicta probasse coma.

Crimen à causa quam in amorem transfert diluit.

Deceptam dicas nostra te fraude licebit,
Dum fraudis nostra causa feratur amor.
Fraus mea quid petiit, nisi uti tibi jungerer uni?
Id me, quod quereris, conciliare potest.
Non ego natura, nec sum tam callidus usu:
Solertem tu me (crede) puella facis.
Te mihi compositis (si quid tamen egimus) arte
Adstrinxit verbis ingeniosus amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia verbis,
Consultoque fui juris amore vafer.
Sit fraus huic facto nomen, dicarq; dolosus,
(Si tamen est quod ames, velle tenere, dolus.)
En iterum scribo, mittoque rogantia verba,
Altera fraus hęc est, quodq; queraris habes.
Si noceo, quod amo: fateor, sine fine nocebo,
Teque petam, caveas ut licet, ipse petim.

Per

*Per gladios alii*placitas rapuere puellas,*
Scripta mihi cantè littera crimen erit.
Di faciant, passim plures imponere nodos,
Ut sua sit nulla libera parte fides.
Mille doli estant, clivo sudamus in imo
Ardor inexpertum nil sinet esse meus.
Sit dubium, possisne capi, captabere certè,
Exitus in Dis est, sed capiere tamen.
Ut partem effugias, non omnia retia falles,
Quæ tibi quam credis, plura tetendit amor.
Si non proficient artes, veniemus ad arma,
Inque tui cupido rapta ferere sinu.
Non sum, qui soleã Paridis reprehẽdere factũ,
Nec quemquam, qui, vir posset ut esse, fuit.
Nos quoque, sed taceo, mors hujus pœna rapinæ
Ut sit, erit, quam te non habuisse, minor.
Aut esses formosa minùs, peterere modeste,
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cadunt
Sidera, qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flavi crines, & eburnea cervix,
Quæque precor veniẽt in mea colla manus.
Et decor, & vultus, sine rusticitate pudentes,
Et Thetidis quales vix rear esse, pedes.
Cætera si possem laudare, beatior essem,
*Nec dubito, totum quin*tua par sit opus.*
Hac ego compulsus, non est mirabile forma,
Si pignus volui vocis habere tuæ.
Denique dum captam tu te cogare fateri,
Insidiis esto capta puella meis.
Invidiam patiar, passo sua præmia dentur:
Cur suus tanto crimine fructus abest?

rigidas

Metaphora, ab auriga, exemplo audaciam commendat.

Occupationem vehementiorem efficit oculus ut ait Alber. Magnus, verus est cordis nuntius, & in oculis animus inhabitat, suntque in his maxima amoris indicia, juxtà illud pro portionum Cynthia prima, suis miserũ me cœpit ocellis.

Homer. argenteis pedibus Tetideo commendat, Statius verò niveis.

tibi par

Exemplo factum suum colorat.

Hesione Laomedontis filia Telamoni ab Hercule data eo, quod primus Pergama cõscendisset.

Hesionem Telamon, Briscida cepit Achilles;
Utraq; victorem victa secuta virum.
Quamlibet accuses, & sis irata licebit,
Irata liceat dum mihi posse frui.
Idem qui facimus, factam tenuabimus iram,
Sit modò placandæ copia parva tui.
Ante tuos flentem liceat consistere vultus;
Et liceat lacrymis addere verba suis.
Utq; solent famuli cum verbera sæva verentur,
Tendere submissas sub tua crura manus.
Ignoras tua jura, voca, cur arguor absens?
Jamdudum dominæ more venire jube.
Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos,
Oraq; sint digitis livida* facta tuis.

facta

Quæ sunt in servo, incommoda includit.

Omnia perpetiar, tantum fortasse timebo,
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neq; compedibus, nec me compesce catenis,
Servabor firmo vinctus amore tui.
Cum bene se, quantumq; volet, satiaverit ira,
Ipsa tibi dices, Quam patienter amat!
Ipsa tibi dices, cum videris omnia ferre,
Tam bene qui servis, serviat iste mihi!
Cur reus infelix absens agor, & mea cùm sit
Optima, non ullo causa tuente perit?
Hoc quod amor jussit, scriptũ est injuria nostra
Quod de me solum nempe queraris, habes.
Non meruit falli mecum quoque Delia; si non
Vis mihi promissum reddere, redde Deæ.
Affuit, & vidit, cùm tu decepta rubebas,
Et vocem memori condidit aure tuam.
Omnia re careant, nihil est violentius illa:
Cùm sua, quod nolim, numina læsa videt.

Te,

(Testis erit Calydonis aper, nam scimus, ut illo
Sit magis in natum sæva reperta parens)
Testis & Actæon, quondam fera creditus illis,
Ipse dedit leto cum quibus ante feras.
Quæq; superba parens, saxo per corpus aborto,
Nunc quoq; Mygdonia flebilis adstat humo.
Hei mihi, Cydippe, timeo tibi dicere verum,
Ne videar causæ falsa monere meæ.
Dicendū tamē est, hoc est, mihi crede, quod ægra
Ipso nubendi tempore sæpe jaces.
Consulit ipsa tibi, neu sis perjura, laborat,
Et salvam salva te cupit esse fide.
Inde fit, ut quoties obsistere perfida tentas,
Peccatum corriget toties illa tuum.
Parce movere feros animosæ virginis arcus,
Mitis adhuc fieri, si patiare, potest.
Parce precor, teneros corrumpere febribus ar-
Servetur faciei ista fruenda mihi. (tus,
Serventur vultus ad nostra incendia nati,
Quique subest niveo lenis in ore rubor.
Hostibus, & si quis ne fias nostra, repugnat;
Sic sit, ut invalida te solet esse mihi.
Torqueor ex æquo, vel te nubentē, vel ægra:
Dicere non possum, quid minùs esse velim.
Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris,
Teque mea lædi calliditate puto.
In caput hæc nostrum dominæ perjuria, quæso,
Eveniant: pœna tute sit illa mea.
Ne tamen ignorem quid agas, ad limina crebrò
Anxius huc illuc dissimulanter eo. (rens,
Subsequor ancillam furtim, famulumq; requi-
Profuerint somni, quid tibi, quidve cibi?

Dianæ iram exemplis ostendit. Inscius Actæon vidit sine veste Dianam, Præda suis canibus o n... minùs ille fuit.

Niobe Tantali, & Taigetes Pleiados filia ex Amphione mariti to septem filios totidemque filias suscepit, quibus ab Apolline interfectis, eò Dianā sprevisset. Niobe in saxum juxtà Sipillū Mygdoniæ montē versa est, ex quo etiā nunc manāt lacrymæ.

Me

Illum suspicatur, cui Cydippe erat nuptura.

Me miserũ, quod nõ medicorum jussa ministro,
Astringoq; manus, insideoq; toro!
Et rursus miserũ, quod me procul inde remoto,
Quem minimè vellem, forsitan alter adest.
Ille manus istas astringit, & assidet ægra,
Invisus Superis, cum Superisque mihi.
Dumq; suo tentat salientem pollice venam,
Candida per causam brachia sæpe tenet.

Metaphora cum apostrophe ad adversarium.

Contrectatq; sinus, & forsitan oscula jungit:
Officio merces plenior ista suo est.
Quis tibi permisit nostras decerpere messes?
Ad spes alterius quis tibi fecit iter?
Iste sinus meus est, mea turpiter oscula sumis,
A mihi promisso corpore tolle manus *(est,*

Stomachosa repetitio.

Improbe, tolle manus quam tãgis, nostra futura
Postmodo, si facies istud, adulter eris.
Elige de vacuis, quam non sibi vendicet alter:
Se nescis, dominum res habet ista suum.
Nec mihi credideris, recitetur formula pacti,
Neu falsam dices esse, fac ipsa legat.
Alterius thalamo tibi, nos tibi dicimus, exi,
Quid facis hic? exi: non vacat iste torus.

Ad objectum responsio.

Nam, quod habes, & tu humani verba altera
Non erit idcircò par tua causa mea. *(pacti,*
Hæc mihi se pepigit, pater hãc tibi primus ab il-
Sed propior certè, quã pater, ipsa sibi est. *(le,*
Promisit pater hanc, hæc adjuravit amanti.
Ille homines, hæc est testificata Deam.
Hic metuit mendax, timet hæc perjura vocari:
Num dubites, hic sit major, an ille metus?
Denique ut amborum conferre pericula possis,
Respice ad eventus, hæc cubat, ille valet.

Nos

Nos quoq; dissimili certamina mente subimus,
Nec spes par nobis, nec timor aequus adest.
Tu petis ex tuto: gravior mihi morte repulsa est,
Idq; ego jam, quod tu forsan amabis, amo.
Si tibi justitiae, si recti cura fuisset,
Cedere debueras ignibus ipse meis. (quae,
Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat ini-
Ad quid, Cydippe, litera nostra redit?
Hic facit, ut jaceas, ut sis suspecta Dianae,
Hunc tu, si sapias, limen adire vetes.
Hoc faciente subis tam saeva pericula vitae,
Atq; utinam pro te, qui movet illa, cadat!
Quē si reppulleris, nec quē Dea damnat, amaris
Et tu continuò, certè ego salvus ero.
Siste metum virgo, stabili potiere salute,
Fac modò polliciti conscia templa colas.
Nec bove mactato coelestia numina gaudent,
Sed quae praestanda est, & sine teste, fide.
Ut valeant, aliae ferrum patiuntur, & ignes;
Fert aliis tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis, tantum perjuria vitae,
Teque simul serva, meque, datamque fidem.
Praeteritae veniam dabit ignorantia culpae:
Exciderint animo foedera lecta tuo.*
Admonita ex modo voce mea, modò casibus istis
Quos quoties tentas fallere ferre soles.
His quoq; vitatis, in partu nempe rogabis:
Ut tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet haec repetens, quae sunt audita, requiret,
Ipsa tibi, de quo conjuge, partus eat.
Promittes votum, scit te promittere falso
Jurabis, scit te fallere posse Deos.

In odiū vertit Adversarium.

Cathol'ca sententia.

A majori.

* *nostra*

Diana Lucina nuncupatur; quod parturientibus praeest, ut ait Varro,

Truncat objecta.

Non

Non agitur de me, cura maiore laboro,
Anxia sunt vita pectora nostra tua.
Cur modò te dubii pavidam flevere parentes,
Ignaros culpæ quos facis esse tuæ?
Et cur ignoranti matri licèt omnia narres,
Nil tua, Cydippe, facta ruboris habent.
Ordine fac referas, ut sis mihi cognita primũ,
Sacra pharetratæ dum facis ipsa Deæ.
Ut te conspecta, subitò, si fortè notasti,
Restiterim fixis in tua membra genis.
Et te dum nimiùm miror (nota certa furoris)
Deciderint humero pallia lapsa meo.
Postmodo, nescio qua venisse volubile malum,
Verba ferens doctis insidiosa notis.
Quod quia sit lectum, sancta præsente Diana,
Esse tuam vinctam, numine teste, fidem.
Ne tamen ignoret, scripto sententia quæ sit,
Lecta tibi quondam nunc quoq; verba refer.
Nube, precor, dicet, cui te bona numina jungũt,
Quem fore jurasti, sit gener ille mihi.
Quisquis is est placeat, quoniã placet ante Dia-
Talis erit mater, si modo mater erit. (næ.
Sed tamen inquirat quis sim, qualisque jubeto
Inveniet nobis consuluisse Deam.
Insula Corycus quõdam celeberrima Nymphis,
Cingitur Ægao nomine Cæa mari.
Illa mihi patria est: nec si generosa probaris
Nomina, despectis arguor ortus avis.
Sunt & opes nobis, sunt & sine crimine mores,
Ampliùs utque nihil, me tibi jungit amor.
Appeteres talem, vel non jurata maritum:
Juratæ, vel non talis habendus erat.

Coriciam Nymphaiũ antrum in Parnasso.

Cæa insula inter Cyclades in mari Ægæo à Cæo Titani filio.

Hæc

Hæc tibi me in sŏnis jaculatrix scribere Phœbe,
Hæc tibi me vigilans scribere jussit amor.
E quibus alterius mihi jam nocuere sagitta,
Alterius noceant ne tibi tela, cave.
Juncta salus nostra est, miserere meiq; tuiq;
Quid dubitas unam ferre duobus opem?
Quid si contingerit, cū jam data signa sonabūt,
Tinctaq; votivo sanguine Delos erit.
Aurea ponetur mali fœlicis imago,
Causaque versiculis scripta duobus erit.
Effigie pomi testatur Acontius hujus,
Quæ fuerint in eo scripta, fuisse rata.
Longior infirmum ne lasset epistola corpus,
Clausaq; consueto sit tibi fine, Vale.

Dianę, & Cupidinis monitu epistolæ dat auctoritatem.

Tubarum sonitu convocabantur ad sacra Dianæ.

IN XX. EPIST. ARGUMENTUM.

Cùm excepisset Cydippe hanc sibi febre Dianę indignatione contigisse, in Acontii vota contra paternam voluntatem condescendere maluit, quam diutiùs torqueri. In primis respondet se non ausam fuisse epistolam suam clara voce exprimere, ne ut in pomo iterum juraret: deinde narrando, qualiter insidiosum illud pomum acceperit, in ipsum Acontium invehitur. Verùm illud non duxi silentio prætereundum in hac epistola addidisse aliquem quidquid sequitur post illud versiculum. Quos vereor paucos ne velit esse mihi, quod non solum videbitur adulterium, immò tota epistola, cum nusquam constet, ut jam diximus Ovidium, neque Sabinum scripsisse epistolas Leandri, Herus, Acontii, Cydippes, quas sibi Ovidius composuisset, ne suo labore privaretur, certè meminisset, sicut de reliquis. Si de Sabino contendas, videas, quæso, si bene cum Sabini stylo conveniant.

CYDIPPE ACONTIO.

Pertimui, scriptumq; tuũ sine murmure legi,
Juraret, ne quos inscia lingua Deos.
Et puto captasses iterum, nisi, ut ipse fateris,
Promissam sciret me satis esse semel.
Nec lectura fui, sed si tibi dura fuissem,
Aucta foret sæva forsitan ira Deæ.
Omnia cùm faciam, cùm det pia thura Dianæ,
Illa tamen justa plus tibi parte favet.
Utque cupis credi, memori te vindicat ira:
Talis in Hyppolyto vix fuit illa suo.
At meliùs virgo favisset virginis annis,
Quos vereor paucos ne velit esse mihi.
Languor enim causis non apparentibus hæret,
Adjuvor, & nulla fessa medentis ope.
Quã tibi nũc gracilẽ vix hæc rescribere, quãq;
Pallida vix cubito membra levare putas?
Huc timor accedit, ne quis, nisi conscia nutrix,
Colloquii nobis sentiat esse vices. (ter,
Ante fores sedet hæc: quid agãq; rogantibus in-
Ut possim tutò scribere, dormit, ait.
Mox, ubi secreti longi causa optima somnus,
Credibilis tarda desinit esse mora.
Jamq; venire videt, quos non admittere durum
Excreat, & ficta dat mihi signa nota. (est.
Sicut erã properãs, verba imperfecta relinquo,
Et tegitur trepido litera cauta sinu.
Inde meos digitos iterùm repetita fatigat,
Quantus sit nobis, aspicis ipse, labor.
Qua, peream, si dignus eras, ut vera loquamur,
Sed melior justo, quamq; mereris, ero.

Æsculapius Dianæ præcibus Hyppolytum ab equo laceratũ ad vitam reduxit.

Movet pietatem.

Nutricis astutiam exprimit.

Excreare est quadam vi expuere.

Ergo

Ergo te propter toties incerta salutis,
Commentis pœnas doque, dedique tuis.
Hac nobis forma te laudatore superba
Contingit merces? & placuisse nocet.
Si tibi deformis, (quod mallem) visa fuissem,
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo, nunc me certamine vestro
Prodiis, & proprio vulneror ipsa bono.
Dum neq; tu cedis, nec se putat ille secundum:
Tu votis obstas illius, ille tuis.
Ipsa velut navis jactor, quam certus in altum
Propellit Boreas æstus, & unda refert,
Cumq; dies caris optata parentibus instat,
Immodicus pariter corporis ardor inest.
Et mihi conjugii tempus crudelis ad ipsum,
Persephone nostras pulsat acerba fores.
Jam pudet, & timeo, quamvis mihi conscia nō
Offensis videar ne meruisse Deos. *(sint,*
Accidere hoc aliquis casu contendit, & alter
Acceptum Superis hunc negat esse virum.
Neve mibi credas in te quoq; dicere famam,
Facta veneficiis pars putat ista meis. *(tis,*
Causa latet, mala nostra patent, vos pace move-
Aspera submota prælia, plector ego.
Dicam nunc, solitoq; tibi ne despice more,
Quid facies odio, sic ubi amore noces?
Si lædis quod amas, hostem sapienter amabis:
Me precor ut serves, perdere velle, velis.
Aut tibi jam nulla est sperate cura puellæ,
Quam ferus indigna labe perire sinis.
Aut Dea si frustra pro me tibi sæva rogatur,
Quid mihi te jactas? gratia nulla tua est.

Adversariū cum Acontio confert. Comparatio

Persephone Proserpina.

Diversas hominum sententias affert de morbi causa.

Eli-

A tempore pathos.

Elige quid fingas, non vis placare Dianam?
Immemores nostri non potes, illa tui est.
Vel nunquã mallem, vel non mihi tẽpore in illo
Esset in Ægeis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficili deducta est æquore navis,
Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.

More amantium mente variat.

Quo pede processi? quo me pede limine movi?
Picta citæ tetigi quo pede texta ratis?
Bis tamen adverso redierunt carbasa vento:
Mentior, ah demens! ille secundus erat.
Ille secundus erat, qui me referebat euntem,
Quique parum felix impediebat iter.
Atq; utinam constans contra mea vela fuisset!
Sed stultum est venti de levitate queri.
Mota loci fama properabam visere Delon,
Et facere ignava puppe videbar iter.
Quàm sæpe ut tardis feci convicia remis,
Questaque sum vento lintea parca dari!
Et jam trãsierã Myconon, jam Tenon, & Andrõ,
Inque meis oculis candida Delos erat. (dixi:
Quam procul ut vidi, Quid me fugis insula?
Laberis in magno numquid, ut ante, mari?
Institeram terræ, cum jam prope luce peracta,
Demere purpureis Sol juga vellet equis.
Quos idem solitos postquam revocavit ad ortus
Comuntur nostra, matre jubente, comæ.
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum,
Et vestes humeris induit ipsa meis.
Protinus egressæ Superis, quibus insula sacra est:
Flava salutis thura, merumq; damus.
Dumque parens aras votivo sanguine tingit,
Festaque fumosis ingerit exta focis.

Myconinsula, una ex Cycladibus, sicut Tenos, quæ ab Aristotele propter aquarũ abundantiã Hydrusa appellatur. Andros insula Samo propinqua, quæ Asiæ adjacet ex oppositione ad Ephesum Dianæ Templi apparatus. Aram Dianæ intellige venationes Deæ, cujus indicia erant cornua fera-

Sedu-

Sedula me nutrix alias quoq; ducit in ædes,
Erramusq, vago per loca sacra pede.
Et modò porticibus spatior, modò munera regũ
Miror, & in cunctis stantia signa locis.
Miror, & innumeris structam de cornibus arã,
Et de qua pariens arbore nixa Dea est.
Et quæ præterea, (neq, enim meminive, libetve
Quidquid ibi vidi, dicere,) Delos habet.
Forsitan hæc spectans à te spectabar, Aconti:
Visaq, simplicitas est mea, posse capi.
In Templum redeo gradibus sublime Dianæ,
Tutior hoc equis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali,
Hei mihi juravi nunc quoque pœnè tibi.
Sustulit hoc nutrix, mirataq; perlege, dixit.
Insidias legi, magne poeta tuas.
Nomine conjugii dicto, confusa pudore,
Sensi me totis erubuisse genis.
Luminaq; in gremio veluti defixa tenebam,
Lumina propositi facta ministra tui. (est?
Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta
Quidve vir, elusa virgine, laudis habes?
Non ego constiteram sumpta peltata securi,
Qualis in Iliaco Penthesilea solo.
Nullus Amazonio cælatus baltheus auro,
Sicut ab Hyppolyta præda relata tibi est.
Verba, quod exultas, tua si mihi verba dederũt,
Sumq parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum, pomum Schœneidea cœpit,
Tu nunc Hyppomenes scilicet alter eris.
At fuerat meliùs, si te puer iste tenebat,
Quem tu nescio quas dicis habere faces.

rum, quæ sit arbor, de qua Dea pariens est enixa, apertè declarat Ovid. lib. 6. Metam.

Amazones peltis, id est brevibus scutis in modũ lunæ jam mediæ utebantur. Securi, quasi semiquitis, ut inquit Servius. Est autem instrumentum ad ligna secanda, cujus inventrix fuit Penthesileas Amazon, unde & Amazonæ securigeræ dicuntur, Hyppom latam filiam Schœnei cursu superavit.

More bonis solito spem non corrumpere fraude,
Exoranda tibi, non capienda fui,
Cur me, cùm peteres, ea non profitenda putabas,
Propter quæ nobis ipse petendus eras?
Cogere cur potiùs, quam persuadere volebas,
Si poteram audita conditione capi?
Quid tibi nunc prodest jurandi formula juris,
Linguaq; præsentem testificata Deam?
Quæ jurat, mens est: nil conjuravimus illa:
Ille fidem dictis addere sola potest.
Honestè suadet. Consilium, prudensq; animi sententia jurat,
Et nisi judicii vincula nostra valent.
Si tibi conjugium, volui promittere nostrum,
Exige polliciti debita jura tori.
Sed si nil dedimus, præter sine pectore vocem,
Verba suis frustra viribus orba tenes.
Non ego juravi, lege jurantia verba,
Vir mihi non isto more legendus eras.
Decipe sic alias, succedat epistola pomo:
Si valet hoc, magnas divitis aufer opes.
Fac jurent Reges sua se tibi regna daturos,
Sitque tuum toto quidquid in orbe placet.
Callide arguit. Majores hac ipsa multò mihi crede, Diana,
Si tua tam præsens litera numen habet.
Cùm tamen hæc dixi, cùm me tibi firma negavi,
Cum bene promissi causa peracta mea est.
Confiteor, timeo sævę Latoidos iram,
Et corpus lædi suspicor inde meum.
Nam quare, quoties socialia sacra parantur,
Nupturæ toties languida membra cadunt?
Ter mihi jã veniens positas Hymenæus ad aures
Fugit, & è thalami limine terga dedit.

Vix

Vixq; manu pigra toties infusa resurgunt
Lumina, vix moto corripit igne faces.
Sæpe coronatis stillant unguenta capillis,
Et trahuntur multo splendida palla croco.
Cùm tetigit limen, lacrymas, mortisq; timorem
Cernit, & à cultu multa remota suo.
Projicit ipse suas deducta fronte coronas,
Scissaq; de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in tristi lætum consurgere turba:
Quiq; erat in palla, transit in ore rubor.
At mihi, væ miseræ torrentur febribus artus,
Et graviùs justo pallia pondus habent.
Nostraq; plorantes video super ora parentes,
Et face pro thalami fax mihi mortis adest.
Parce laboranti, picta Dea læta pharetra, Ad Dianam apostrophat.
Daq; salutifera jam mihi fratris opem.
Turpe tibi est, illum causas depellere lethi,
Te contra titulum mortis habere meæ.
Nunquid in umbroso cùm velles fonte lavari,
Imprudens vultus ad tua labra tuli?
Præteritne tuas de tot cœlestibus aras?
Atq; tua est nostra spreta parente parens?
Nil ego peccavi, nisi quod perjuria legi,
Inque parum fausto carmine docta fui.
Tu quoq pro nobis, si non mentiris amorem,
Thura feras: prosint, quæ nocuere, manus.
Cur quæ succenset, quod adhuc tibi pacta puella
Non tua sit, fieri ne tua possit, agit?
Omnia de viva tibi sunt speranda: quid aufert?
Sana mihi vitam, spem tibi Diva mei.
Nec tu credideris illum, cui destinor uxor,
Ægra superposita membra fovere manu?

Assidet illo quidem quantum permittitur ipsi,
Sed meminit nostrum virginis esse torum.
Jam quoq; nescio quid de me sensisse videtur:
Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.
Et minùs audacter blanditur,& oscula rara
Accipit,& timido me vocat ore suam.
Nec miror sensisse, notis cum prodar apertis,
In lævum versor, cùm venit ille, latus.
A continuo sibi côciliat. *Nec loquor,& tecto simulatur lumine somnus,*
Captantem tactus,rejicioque manum.
Ingemit, & tacito suspirat pectore, meque,
Offensam,quàmvis,non mereatur,habet.
Hei mihi quod gaudes,& te juvat ista voluptas:
Hei mihi,quod sensus sum tibi fassa meos.
Si mihi lingua foret,tu nostra justius ira,
Qui mihi tendebas retia,dignus eras.
Scribis, ut invalidum liceat tibi visere corpus:
Et procul a nobis,& tamen inde noces.
Mirabar,quare tibi nomen Acontius esset:
Quod faciat longè vulnus, acumen habes.
Auget commiserationem. *Certè ego convalui nondum de vulnere tali,*
Ut jaculo scriptis eminus icta tuis.
Quid tamen huc venias?sanè miserabile corpus,
Ingenii videas bina trophæa tui.
Concidimus macie,color est sine sanguine,qualẽ
In pomo refero mente fuisse tuo.
Candida nec misto sublucent ora rubore,
Forma novi talis marmoris esse solet.
Argenti color est inter convivia talis,
Quod tactum gelida frigore pallet aqua.
Si me nunc videas,visam priùs esse negabis,
Arte nec est, dices, ista petenda mea.
Pro-

Promissiq; fidem, ne sim tibi juncta, remittes:
Et cupies illud non meminisse Deam.
Forsitan & facies, jurem ut contraria rursus,
Quaque legam, mittes altera verba mihi.
Sed tamen aspiceres vellem, prout ipse rogabas,
Et discas sponsæ languida membra tua.
Durius & ferro, cum sit tibi pectus, Aconti,
Tu veniam nostri vocibus ipse petas.
Ne tamen ignores ope, qua revalescere possim,
Quæritur à Delphis fata canente Deo. (rat,
Et quoq; nescio quantũ nunc vaga fama susur-
Neglectam queritur testis habere fidem.
Hoc Deus, & Vates, hoc & mea carmina dicunt:
At desunt voto carmina nulla tuo. (ta,
Unde tibi favor hic? nisi quod nova forte reper-
Quæ capiat magnos litera lecta Deos.
Teq; tenente Deos numen sequor ipsa Deorum,
Doque libens victas in tua vota manus.
Fassaque sum matri decepta fœdera lingua:
Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cætera cura tua est: plus hoc quoq; virgine factũ
Non timuit tecum quod mea charta loqui.
Jam satis invalido calamo lassavimus artus,
Et manus officium longius ægra negat.
Quid, nisi quod cupio me jam conjungere tecum
Restat, ut ascribat littera nostra? Vale.

Delphi, tam pro oppido, quã pro oppidanis sumitur in Parnassi radicibus.

In Acontii sententiam accedit.

IN XXI. EPIST. ARGUMENTUM.

Tradunt Suidas, & Ælianus Græci Scriptores, duas hoc nomine Sappho extitisse, quarum altera Erexia Poeta percelebris, quæ Alcæi, & Pittaci, atque Tarquinii Prisci tempore claruit, quæ etiam plectrum prima adinvenit, huic nonnulli carmen Lyricum tri-

buunt: altera Mytilena longè junior, quæ psalteria, & meretrix fuit. Scripsit multa, & præclara apud Græcos poemata, adeò ut decima Musa dicta sit. Quare autem in Phaonis amorem inciderit, Plinius herbæ tribuit, lib. 30. sed Baptista Egnatius, vir nostri temporis linguæ Græcæ, atque Latinæ studiosissimus, hanc fabulam ab eodem è Græco in Latinum nuper traductam recitat Ælianus omninò de historiæ lib. 12. describit pulcherrimum mortalium omnium Phaonem à Venere olim lactucis occultatum esse. Alios verò aliter qui scripserint Phaonem fuisse ex eorum hominum genere, qui trajiciendis ultrò, citròque viatoribus navigiolis in pensiorem dantes operam, victum sibi diuturnum quæritarent, accessisse tandem, & Venerem, quæ se, ut in alteram transportaret ripam, nulla interim promissa stipe, rogaret: quod cùm ille libentiùs effecisset, nescius quam transveheret, Deam esse: Tùm verò à Venere longè præstantiùs accepisse munus, quam si vel amplissimum manu pretium exigisset, alabastrum namque cùm accepisset unguine quodam plenum (quo semel perunctus formosissimus, repentè mortalium cunctorum apparuit) mulieres omnes Lesbias in ejus exarsisse cupidinem, præ cæteris verò impatientissimè, atque ardentissimè à Sappho adamatum. Hæc ille; Cùm verò Phaon in Siciliam fortè discessisset, Sappho amoris ignibus incensa, & planè ardens, se ab illo sperni timens, statuit etiam capitis periculo furorem lenire, demisso in mare corpore ex Leucate Epiri promontorio; sed antequam illuc accedat, per inconstantiam muliebrem tentans, quod desperaverat, hac epistola eum advocare studet, sequens absenti invidiam suæ conditionis, & calamitatis, quam omnibus incommodis miserabilem ostēdit, denique omnes misericordiæ angulos excurrit, nec aliquid quod moveat prætermittit. Nulla autem in epistola mitiores, ac lasciviores amoris effectus, quam in ista expressit Ovidius, eò, quod suprà mulie-

brem

brem conditionem in amores arsit Sappho, cum non modò virum perditè amaverit, sed aliarum quoque mulierum tribus fuerit, id est, insultando illas fricaret: unde ab Horatio mascula Sappho vocata est; Multi tamen putant hanc esse Sappho, quam divinus Plato sapientem vocat. De ea autem sic cecinit Antipater Sidonius:

Dulcia Mnemosyne demirans carmina Sapphus,
Quæsivit decima Pieris unda foret.

Ausonius.

Lesbia Pieriis Sappho soror addita musis. &c.

Papinius.

Stesichorusque ferox, saltusque ingressa viriles,
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Horatius.

Vivuntque commissi calores
Æoliæ fidibus puellæ.

SAPPHO PHAONI.

ECquid ut aspecta est studiosa litera dextrę
Protinus est oculis cognita nostra tuis?
Ah! nisi legisses auctoris nomina Sapphus,
Hoc breve, nescires, unde movetur opus?
Forsitan, & quare mea sint alterna requiris
Carmina, cum Lyricis sim magis apta modis.
Flendus amor meus est, Elegeja flebile carmen,
Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas.
Uror, ut indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager.
Arva Phaō celebrat diversa Typhoidos Ætna,
Me calor Ætnæo non minor igne coquit.
Nec mihi dispositis jungam quę carmina nervis
Proveniunt, vacuæ carmina mentis opus.
Nec mihi Pierides Methymniadesq; puellæ,
Nec me Lesbiadum cætera turba juvant.

Ironicè interrogat. Elegia alibi duas primas producit. Barbitos ulla, id est ullum carmen Lyricum. Subactus Typhæus gigas Titani, & Terræ filius à Jove ictus est. Bis puellis ad libidinē usa est Sap-

Utilis Anactorie, vilis mihi candida Cydno,
Non oculis grata est Atthis ut ante meis.
Atq; alia centũ, quas hic sine crimine amavi.*
Improbe multarum quod fuit, unus habes.
Est in te facies, sunt apti lusibus anni,
O facies oculis insidiosa meis!
Sume fidem, & pharetrã, fies manifestus Apollo;
Accedant capiti cornua. Bacchus eris.
Et Phœbus Daphnẽ, & Gnossida Bacchus amavit,
Nec norat lyricos illa, vel illa modos.
At mihi Pegasides blandissima carmina dictãt,
Jam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcæus, consors patriaque, lyraque
Laudis habet, quamvis grandius ille sonet.
Si mihi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.
Nec me despicias, si sum tibi corpore parva,
Mensuramque brevis nominis ipsa fero.
Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo,
Andromede, patria fusca colore sua.
Et variis albæ junguntur sæpe columbæ,
Et niger à viridi turtur amatur ave.
Si, nisi quæ facie poterit te digna videri,
Nulla futura tua est. Nulla futura tua est.
At mea cum legeres, etiam formosa videbar,
Unam jurabas usque decere loqui.
Cantabam, memini, (meminerunt omnia amantes,)
Oscula cantanti, tu mihi rapta dabas.
Hæc quoq; laudabas, omniq; à parte placebam,
Sed tunc præcipuè, cum fit amoris opus.
Tunc te plus solito lascivia nostra juvabat,
Crebraque mobilitas, aptaque verba joco.

Patronymicum à patria

Alcæus poeta Lyricus Mitilenæus.

Nam bissylabum est Sappho.

Andromede Ceph. æthiopum Regis filia amata à Perseo. Turtures, Psittaci, Pavones, & columbæ, merulæ, & tardi aves, amici inter se, ut ait Plin

Et quod ubi amborum fuerat confusa voluptas,
Plurimus in lasso corpore languor erat.
Nunc tibi Sicelides veniunt nova præda puellæ,
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.
O vos errorem tellure remittite nostrum,
Nisiades matres, Nisiadesque nurus!
Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ,
Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi.
Tu quoq. quæ immites celebras Erycina Sicanos,
Nam tua sum, vati consule diva tuæ.
An gravis inceptum peragit fortuna tenorem?
Et manet in cursu semper acerba suo?
Sex mihi natales ierant, cùm lecta parentis
Ante diem lacrymas ossa bibere meas.
Arsit inops frater, victus meretricis amore,
Mistaque cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops, agili peragit freta cærula remo:
Quasq; malè amisit, nunc malè quærit opes.
Me quoq; quod monuit bene multu fideliter, odit
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
Et tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,
Accumulat curas filia parva meas.
Ultima in nostris accedit causa querelis,
Non agitur vento nostra carina suo.
Ecce jacent collo sparsi sine lege capilli,
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor vili, nullum est in crinibus aurum,
Non Arabo noster rore capillus olet.
Cui colar infelix? aut cui placuisse laborem?
Ille mei cultus unicus auctor abest.
Molle meum levibus cor est violabile telis:
Et semper causa est, cur ego semper amem.

Nisia regio montana juxtà Ætnam. Erycina Venus, ab Eryce monte Ciciliæ, ubi præclarum Templum habebat. Fratrem Coranxem intelligit, qui Rhodopem Thraciæ meretricem Æsopi conservam maxima pecunia redemit. Glæis filia.

Myrrham Arabicâ significat, cujus stacte, id est gutta mirrhæ ad crines unguẽdos erat potissima.

Sive

Sive ita nascenti legem dixere sorores,
Et data sunt vitæ fila severa meæ.
Sive abeunt studia in mores, artesq; magistras,
Ingenium nobis molle Thalia fecit.
Quid mirum, si me prima lanuginis ætas
Abstulit, atq; anni quos vir amare potest?

Apostrophat ad Auroram.

Nunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam:
Et faceres: sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat, quæ conspicit omnia, Phœbe,
Jussus erit somnos continuare Phaon.
Hunc Venus in cœlum curru vexisset eburno:
Sed videt, & Marti posse placere suo.

Ebur Veneri, sicut argentum, Lunæ dedicatum est.

O nec adhuc juvenis, nec jam puer, utilis ætas!
O decus, atque avi gloria magna tui!
Huc ades, inque sinus formose relabere nostros:
Non ut ames, oro: verum ut amare sinas.
Scribimus, & lacrymis oculi rorantur obortis:
Aspice, quam sit in hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire, modestiùs isses:
Si modò dixisses, Lesbi puella vale.
Non tecum lacrymas, non oscula summa tulisti,
Denique non timui, quod doitura fui.
Nil de te mecum est, nisi tantùm injuria: nec te
Admonuit, quod tu pignus amantis habes.
Non mandata dedi, neq; enim mandata dedissem
Ulla, nisi ut nolles immemor esse mei.
Per tibi, qui nunquam longè discedat amorem.

Appositio.

Perque novem juro numina nostra Deas.
Cum mihi nescio quis, fugiunt tua gaudia, dixit:
Nec me flere diù, nec potuisse loqui.
Et lacrymæ deerant oculis, & lingua palato,
Astrictum gelido frigore pectus erat.

Post-

Postquam se dolor inveni; nec pectora planxi,
Nec puduit scissis exululare comis.
Non aliter, quam si nati pia mater adempti,
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus, Similitudine
Frater, & ante oculos itque, reditque meos. dolorem au-
Utque pudenda mei videatur causa doloris. get.
Quid dolet hac? Certè filia vivit, ait. (bat
Nō veniunt in idē pudor, atq; amor: omne vide-
Vulgus: eram lacero pectus aperta sinu.
Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducunt, Sinecdoche.
Somnia formoso candidiora die.
Illic te invenio, quanquam regionibus absis:
Sed non longa satis gaudia somnus habet.
Sæpe tuos nostra cervice onerare lacertos,
Sæpe tua videor supposuisse meos.
Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ,
Aptaque consueras, accipere, apta dare.
Blandior interdùm, verisque simillima verbà
Eloquor, & vigilas sensibus ora meis.
Ulteriora pudet narrare: sed omnia fiunt;
Et juvat, & sine te non licet esse mihi.
At cum se Titan ostendit, & omnia secum,
Tam citò me somnos destituisse queror.
Antra, nemusq; peto, tanquam nemus, antraq; Pathos à lo-
Conscia deliciis illa fuere meis. (prosint, co.
Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho Tophus lapis
Impulit, in collo crine jacente feror. asper, qui fa-
Antra vident oculi scabro pendentia Tofo, cilitet in are
Quæ mihi Mygdonii marmoris instar erant. nam resolvi-
Invenio sylvam, quæ sæpè cubilia nobis tur.
Præbuit, & multa texit opaca coma.

Sed

Sed non invenio dominum silvaque, meumque
Vile solùm locus est, dos erat ille loci.
Cognovi pressas noti mihi cespitis herbas,
De nostro curvum pondere gramen erat.
Incubui, tetigique locum, qua parte fuisti:
Grata priùs lacrymas combibis herba meas.
Quin etiam rami positis lugere videntur
Frondibus, & nulla dulce queruntur aves.
Sola virum non ultrà pie mœstissima mater,
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.
Ales Ityn, Sappho desertos cantat amores
Hactenùs, ut media cætera nocte silent.
Est nitidus, vitreoque magis perlucidus amnis,
Fons sacer: hunc multi numen habere putant.
Quam supra ramos extendit aquatica Lotos,
Una nemus, tenero cespite terra viret.
Hic ego cum lassos potuissem fletibus artus,
Constitit ante oculos Naïas una meos.
Constitit, & dixit: Quid nunc non ignibus aquis
Ureris? Ambracia est terra petenda tibi.
Phœbus ab excelso, quantũ patet, aspicit æquor,
Actæum populi Leucadiumque vocant.
Hinc se Deucalion, Pyrrhæ succensus amore
Misit, & illæso corpore pressit aquas.
Nec mora versus amor tetigit lẽtissima Pyrrhæ
Pectora, Deucalion igne levatus erat.
Hanc legem locus ille tenet: pete protinùs altam
Leucada, nec saxo desiluisse time.
Ut monuit, cum voce abiit; ego territa surgo:
Nec gravida lacrymas continuere genæ.
Ibimus, ò nymphæ monstrataque saxa petemus:
Sit procul insano victus amore timor.

Alludit ad fabulam Prognes.

Daulia oppidum Phocidis cuprę fuit Tereus Rex Thraciæ, & Prognes maritus.

Lotos Nept. filia Priami fugiens, in arborem sui nominis versa est, cujus fructus advenis incutit patriæ oblivionem.

Quid

Quidquid erit, meliùs quã nũc erit, aura subito,
Et mea non magnum corpora pondus habent.
Tu quoq; mollis amor pœnas suppone cadenti,
Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde Chelyn Phœbo communia munera ponam,
Et sub ea versus unus, & alter erit.
Grata lyram posuit tibi, Phœbe, poetria Sappho:
Convenit illa mihi, convenit illa tibi.
Cur non Actiacas miseram me mittis ad oras:
Cum profugum possis ipse referre pedem?
Tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda,
Et forma & meritis tu mihi Phœbus eris.
An potes, ò scopulis undaque ferocior illa,
Si moriar. titulum mortis habere meæ?
At quantò meliùs jungi mea pectora tecum,
Quam poterant saxis præcipitanda dari!
Hæc sunt illa, Phaon, quæ tu laudare solebas:
Visaque sunt toties ingeniosa tibi.
Nunc vellem facunda forem: dolor artibus obstat,
Ingeniumque meis substitit omne malis.
Non mihi respondent veteres in carmina vires,
Plectra dolore jacent, muta dolore lyra est.
Lesbides æquoreæ nupturaq; nuptaque proles,
Lesbides Æolia nomina dicta lyra.
Lesbides infamem, quæ me fecistis amatæ.
Desinite ad citharas turba venire meas.
Abstulit omne Phaon, quod vobis ante placebat,
Me miseram, dixi, quàm modò pœnè meus!
Efficite ut redeat, vates quoq; vestra redibit:
Ingenio vires ille dat, ille rapit.
Ecquid ago precibus? pectusne agreste movetur?
An riget, & Zephyri verba caduca ferunt?

Ad Cupidinem.

Nec appellatione mirationem movet.

Appellat discipulas, quas olim erudiebat. Æolia id est Lesbia: nam Lesbos insula Aeolica, est, imò Æolicarum fermè urbium metropolis, ut ait Strabo Concubinas suas advocat

Qui

Qui mea verba ferunt, vellem tua vela referrẽt,
Hoc te si saperes, lente decebat opus.
Sive redis, puppique tua votiva parentur
Munera, quid laceras pectora nostra mora?
Solve ratẽ: Venus orta mari mare præstat eunti,
Aura dabit cursum, tu modò solve ratem.
Ipse gubernabit residens in puppe Cupido,
Ipse dabit tenera vela, legetq; manu.
Sive juvat longe fugisse Pelasgida Sappho,
Non tamen invenies, cur ego digna fuga.
(O saltem misera, crudelis, epistola dicat,
Ut mihi Leucadia fata petantur aqua.

AULI SABINI
POETÆ,
Epistolæ tres ad Ovidianas Epistolas Responsoriæ.

IN PRIMAM EPIST. ARGUMENTUM.

AULUS Sabinus imperante Octavio, atque Ovidii temporibus claruit: ad Trisenam amicam Elegiarum librũ dedit, Fastorum inchoatos reliquit libros. Scripsit etiam epistolas, quibus Ulysses Penelope Hyppolytus Phædræ, Æneas Didoni, Demophoon Pyllidi, Jason Hypsipyle, Phaon Sapphoni respondent. Quæ omnes præter has tres, quas nunc præ manibus habemus, sæculorum ignavia perierunt. Ulysses lecta Penelope epistola, respondet, occurrerens ad omnia, quæ illa objectaverat; Narrat insuper varius labores, quos omnes mira fortitudine tollerauerat. Demùm à Tiresa vate, & Pallade de futuris certificatus, Ithacam patriam sub mendici habitu

bitu se brevi venturum prædicit. Quòd cùm fecisset, in propria domo incognitus à Procis, amatoribus Penelopes, ignominiosa quædam perpessus est. Verùm à Thelemacho filio, & duobus subulcis adjutus, gravi pugna eos omnes interemit. Tandem à Telegono filio, quem ex Circe genuerat, immisso in eum lutifero telo, occisus est.

ULYSSIS AD PENELOPEN RESCRIPTIO

Pertulit ad miserũ tandem tua casus Ulyssẽ,
Penelope, chartis verba notata piis.
Agnovi caramq; manum, gemmasq; fideles,
Solamen longis illa fuere malis.
Arguis ut lentum: mallem quoq; forsitan esse,
Quam tibi quæq; tuli dicere, quæq; feram..
Non hoc objecit mihi Græcia, cùm mea fictus
Detinuit patrio littore vela furor.
Sed thalamis nec velle tuis, nec posse carere;
Causaq; fingenda tu mihi mentis eras.
Nil tibi rescribam curas, properemq; venire,
Dum propero aversi vela tulere Noti.
Non me Troja tenet Grajis odiosa puellis:
Jam cinis, & tantùm flebile Troja solum:
Deiphobusq; jacet, jacet Asius, & jacet Hector: Ulisses unà cum Diomede fatale Palladium surripuit.
Et quicumq; tui causa timoris erat.
Evasi, & Thracum cæso duce prœlia Rheso,
In mea captivis castra revectus equis.
Tutus, & è media Phrygiæ Tritonidos arce,
Fatalis palmæ pignora capta tuli. (vis
Non timui commissus equo: malè sedula quam- Ulisses Achillis arma sua facundia adversus Aiac. Telamoni obtinuit,
Clamabat vates: Urite Troes equum,
Urite, mendaci celantur robore Archivi,
Et Phrygas in miseros ultima bella ferunt.

Per-

Antiphates Lestrig. rex, unus ex sociis Ulyssis comedit, ac naves, virosque mersit, præterquam Ulyssem vehebat. Parthenope, unam Siren. Perastris sacris Circes modò monstratis Ulysses ad inferos habuit aditum, ab eadem etiam immortalitatem tenuit. Circe, Solis, & Persę filia, Ulissem annũ detinuit, & ex eo Teleg. filium peperit. Calypso Ulysses 7. annis in insula Ogygia morata est.

Perdiderat tumuli supremum munus Achilles,
Sed Thetidi est humeris redditus ille meis.
Nec laudem Danai tanto renuere labori,
Erepti pretium corporis arma tuli.
Quid refert? pelago sunt obruta; nõ mihi classes,
Non socii superant, omnia pontus habet.
Solus adhuc mecum, qui me tot casibus unus
Duravit patiens, ad mala perstat amor?
Illum non avidis canibus Nesia virgo
Fregit, nec tumidis tota Charybdis aquis.
Non ferus Antiphates, nec in uno corpore discors
Parthenope blandis insidiosa modis.
Non quod Colchiacis Circe tentaverit herbis,
Non quod solemnes altera diva toros,
Utraque se nobis mortalia demere fila
Spondebat, Stygias utraque posse vias.
Te tamen hac etiam spreta mercede petivi,
Passurus terra, tot mala, totq; mari.
Sed tu fœmineo nunc forsan nomine tacta,
Non secura leges cætera verba mea.
Quaq; mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso,
Jam dudum ignoto sollicitare metu. (legi,
Certè ego cũ Antinoũq; Polybumq; Medoniaq;
Heu toto sanguis corpore nullus erat.
Tot juvenes inter tot vina liquentia semper,
Heu mihi quid credam! pignore casta manes.
Curve placen' ulli, si sunt in fletibus ora?
Deperit, & lacrymis, non decor iste tibi?
Pacta quoq; es thalamo, nisi mendax tela moretur,
Et cœptum revoces pallida semper opus.
Ars pia, sed quoties oculos frustrabere lana,
Successum toties ars dabit ista tibi.

Ab

Ah meliùs Polypheme tuo superatus in antro
Finissem ingratos ad mala tanta dies.
Threicio melius cecidissem milite victus,
Ismaron errantes cum tenuere rates.
Crudelemve illo satiaßem tempore Ditem,
Quo redit Stygiis fata moratus aquis.
Vidi, ubi nequidquã, quod me tua littera celat,
Sospes digressoque mihi mater erat,
Rettulit illa domus eadem mala, meq; querentẽ,
Fugit ab amplexu ter resoluta meo.
Phylacidem vidi: contemptis sortibus ille
Primus in Hectoreas intulit arma domos.
Felix laudata cum conjuge, lata per umbras,
Illa suum forte sit comitata virum.
Nec dũ illi Lachesis dictos numeraverat annos,
Sed juvat ante suum sic cecidisse diem.
Vidi, nec lacrymas oculi tenuere cadentes,
Deformem Atriden, hei mihi, cæde nova.
Illum Troja virum non laserat, ille furentem
Nauplion, Euboicos transieratque sinus.
Quid referã animã per vulnera mille profudit,
Jam reduci solvens debita vota Jovi.
Tyndaris has illi latas pro fœdere pœnas.
Straxerat, externos ipse secuta viros.
Ah mihi quod prodest, captivas Teucridas inter
Cùm staret conjux Hectoris, atque soror!
Refectis Hecubam potui legiße sub annis,
Ne tibi suspectus pellicis eßet amor.
Prima meis omen metuendum puppibus illa
Fecit, non membris ipsa reperta suis.
Latratu miserat finivit mœsta querelas,
Et stetit in rabidam protinùs acta canem.

Verum quod interdum texisset, de nocta retexebat.

Quid apud inferos viderit.

Philace urbs Thessaliæ.

Gaph. mons Eubææ, apud quem plurimi Græcorũ Troja redeũt, fraude.

Nauplion. cupientis ulcisci mortẽ Palamed. filii periclitati sunt.

Prodigio tali placidum Thetis abstulit æquor,
Æolus infusis incubuitque Notis.
Pervagus hinc totum non felix differor orbem,
Et quacumque vocat fluctus, & aura, feror,
Sed si Tiresias tam læti providus augur,
Tiresias vates. *Quam verax vates in mala nostra fuit,*
Et terra, & pelago, quidquid mihi triste canebat
Emensus, fato jam meliore vagor.
Jam mihi nescio quo comitem se in littore jungit
Pallas, & hospitibus per loca tuta trahit.
Nunc primum Pallas versa post funera Trojæ
Visa mihi, medium temporis ira tulit.
Quidquid, Oilides commiserat, omnibus unus
Peccavit, Danais omnibus ira nocens.
Pallas Ulyssis ductrix. *Nec te Tydide, cujus modò noverat arma,*
Eximit, errato tu quoque ab orbe venis.
Non Telamone fatum. capta de conjuge Teucrũ,
Non ipsum, de quo mille fuere rates.
Felix Plisthenides quacumque in sorte fuisti,
Conjuge cum cara non gravis illa fuit.
Seu venti fecere moras, sive æquora vobis,
Ad nulla est vester damna retentus amor.
Oscula nec venti certè tenuere, nec unda,
Promptaq; in amplexus brachia semper erant.
Sic, utinam errarem, faceres tu mollia conjux
Æquora, te socia nil mihi triste foret.
Nunc quoq; Telemacho tecum mihi sospite tecto
Omnia sunt animo jam leviora mala.
Quã tamen infestas rursus queror ire per undas,
Herculeam Sparten, Nestoreamque Pylon.
Sui advẽtus modum prędicat. *Ingrata est pietas, cui tanta pericula subsunt,*
Nam male commissus fluctibus ipse fuit.

Sed

Sed labor in fine est, occursum in littore vates
Dixit, in amplexus care ferere tuos.
Noscendus soli veniam tibi: tu preme solers
Lætitiam, & tacito gaudia conde sinu.
Non vi certandum, nec aperta in bella ruendum Laurus, pro Appolline.
Sic cecinit Laurus ille monere suas.
Forsitan ante dapes, interque vacantia vina,
Ultoris pharetris utile tempus erit.
Et modò despectum subitò mirentur Ulyssem,
Heu precor ut properet ille venire dies:
Antiqui renovet qui lætus fœdera lecti,
Et tandem incipias, conjuge cara frui.

IN II. EPIST. ARGUMENTUM.

Hac Epistola Demophoon suam perfidiam purgare nititur, & reditum, quem longè ultrà promissum retardaverat, excusare, varias causas afferendo. Interdùm enim dicit se à suis arceri, & ob moram, quam in Thracia cum Phyllide fecerat, redargui Nonnumquam à navigandi importunitate se defendit, se autem brevi etiam contra omnem maris tempestatem ad Phyllida navigaturum promittit, quod quidem adimplevit. Sed tamen Phyllis amoris impatientia laqueo vitam finierat, & deorum miseratione in amygdalum sine foliis conversa, quæ Demophoontis amplexu, veluti sponsi sentiret adventum, folia emisit. Quod ideò fingitur, quia amygdalus Græcè phylla vocatur, in qua morientis Phyllidis nomen remansit, quæ flante Zephyro, qui occidentalis est ventus, & in Thracas vadens per Atticam regionem transitum facit, floret: cum Zephyrus dicatur, quasi *Zoiphoros*, id est vitam ferens, quoniam habet plantis, & graminibus favere, ut germinent, & pullulent, & hinc fabulæ datus est locus Phyllida scilicet lætari, & florere redeunte ab Athenis Amasio.

DEMOPHOON PHYLLIDI.

PHyllidi Demophoon patria dimittit ab urbe,
Et patriam meminit muneris esse tui.
Nec face Demophoon alia nec conjuge captus;
Mineſthæus. Sed tam non felix, quam tibi notus erat.
Thesea, quo socero nequidquam Phylli timebas,
Impuleritque ignes forsitan ille tuos.
Turpe pati nobis regno ferus expulit hospes,
Hunc illi finem longa senecta dedit.
Qui modò pelliferas fudit Mæotidas armis,
Alcide magni non minor esse omnes.
Qui socerum Miona gravi sibi fecit ab hoste,
Mirantem mostri cornua victa sui.
Arguer exilii, quem credis causa fuisse,
Nec tacitum frater, nec sinit esse reum.
Dum thalamos inquit dilecta Phyllidos urges,
Et tuus externo cessat in igne furor.
Fluxere interea pede tempora lapsa fugaci,
Prævenitque tuas flebilis hora moras.
Forsitan, & nondum factis occurrere rebus,
At poteras factis utilis esse tamen.
Cum potiora mihi Rhodopeja regna fuere,
Quæque magis regnis cara puella fuit.
Intonat his Athamas, eadem mox objicit Æthra,
Infelix functa jam prope fortis anus.
Et quod non condant nati sua lumina palma,
Fecisset hic nostras arguit usque moras.
Non equidem inficior multum clamavit uterq;
Staret Threiciis cum mihi puppis aquis.
Poscunt Demohoon, quid cessas, carbasa venti:
Demophoon patrios respice jure Deos.

Mæotis palus Scythica, quam incoluerunt Amazones. A peltis brevissimis scutis, in modũ Lunæ jam mediæ, quibus usæ sunt Amazones peltiferæ dictæ sunt.

Re-

Respice & exemplū, qua gaudes, Phyllida sume:
Sic amat, ut terra nolit abire sua.
Utq; redire velis, non ut comitetur euntem,
Te rogat, & praefert barbara regna tuis.
Me tamen haec inter tacitum convitia saepe
Adversis memini vota tulisse notis.
Saepe abitura tua ponentem brachia collo,
Gavisum in fluctus aequora mota truces.
Nec metitam hoc ipso coram genitore fateri,
Libertas meritis est mihi facta tuis.
Dices non duro dilectam Phyllida liqui,
Pectore, nec praeceps, vela ferenda dedi.
Ei flevi, & flentem solando saepe remansi,
Cùm staret cursus jam mihi certa dies.
Denique Threjecia venit rate, non dare Phyllis,
Quam potuit, jussit tardius ire ratem.
Ignosce, & fasso, memor es Minoidos: ipse Ariadne.
Antiquus, nec dum pectore cessit amor.
Et quoties oculis circūmdat sidera, dixit: Excusat Theseum, quod Ariadnem reliquit
Quae fulget caelo, nostra puella fuit.
Illum dilecta Bacchus sibi cedere jussit
Conjuge: deserta crimen at ille subit.
Exemploque patris perjurus dicor, & ipse:
Nec quaeris causas Sithoni dura morae.
Nec satis ampla putas redituri pignora, si me
Non amor alterius, non amor ullus habet.
Nulla ne fama tibi turbatos, Phylli, penates,
Theseos, & misera retulit acta domus.
Non laqueos audis cari me flore parentis?
Flebilior laqueis hei mihi causa subest.
Non fratrem Hyppolitū, cecidit miserabilis ille
Praeceps attonitus per freta raptus equis.

Non tamen excuso reditus, licet undique fata
Accumulent causas, tempora parva peto.
Thesea (quod superest) patrē tumulabimus ante
Succedat tumulo non sine honore decens,
Da spatium, veniamq; peto, non perfidus absum,
Nec mihi jam terra tutior nulla tua est.
Quidquid mite fuit post diruta pergama, quid-
Aut bella, aut pelagi detinuere mora. (quid
Sola fuit Thrace patria quoq; jactor in illa:
Auxilium superest casibus una meis.
Si modò mens eadem, nec quod sit jā mihi dives
Phædra seipsam interemit. *Regia Cecropiæ non minor arce movet.*
Nec patris offendunt casus, nec crimina matris,
Nec jam non felix omine Demophoon.
Penelope castitatis exemplum. *Quid si Phœbeam peterem te conjuge Trojam,*
Perque annos sequerer bella gerenda decem.
Penelopen audis, toto laudatur in orbe,
Exemplum fidi non leve facta tori.
Illa pia (sic rumor ait) mendacia tela
Struxit, & instantes distulit arte toros.
Penelope telam retexere pro adagio refert Plato pro eo quod est inanem operā sumere. *Cùm properata palàm revocaret stamina noctis,*
Atque iterùm in lanas omne rediret opus.
At tua ne fugiant spreti connubia Thraces,
Phylli times; ulli nubere dura potes?
Estque tibi pectus cujusquam accedere tadas?
Obstat perfidia nec metus iste tua.
O tibi quantus erit facti rubor! ah tibi quantus
Tum dolor aspicies, dum mea vela procul!
Damnabisque tuos serò temeraria questus:
Demophoon, dices, hei mihi fidus erat.
Demophoon redit huc, & sævos forsitan Euros
Passus, & hybernas dum quoq; currit aquas.

Ab

Ah cur nescio quã properavimus! hei mihi culpã
Rupi, quam ruptam sum mihi questa fidem.
Sic tamen, ah potiùs sic perstes, quam mihi de te
Ulterior tangas pectore, Phylli, dolor.
Quos tibi, me miserũ, laqueos, quæ fata minaris,
Et nimis audaces gens habet ista deos.
Parce precor, famamq; domus mihi crimẽ habentis
Perfidia, gemina ne preme dura nota
Excuset patrem fatis in parte relicta
Gnosis: non merui, cur ferar ipse nocens.
Nunc menti mea verba ferant, qui vela tulerũt,
Est animus reditus, sed pia causa tenet.

IN III. EPIST. ARGUMENTUM.

Epiſtola hæc reſponſiva Paridis non multùm in rebus difficultatis habet, eò quod argumentum ex Oenonis epiſtola dependet. Paris autem quia conjugii jura violaverat, dùm uxore dimiſſa Helenam duxerat, in principio ſtatim injuriam Oenone ſe feciſſe fatetùr. Deinde cum ſui excuſatione crimen rejicit in Cupidinem, cui non facile reſiſtitur, ſed qui ſine ulla ratione in ea quæ cupit, amantes trahit, & in fatorum ſeriem, quæ ſibi Helenam, ut antequam illam noviſſet, deſtinaverant. Ferunt autem Oenonem tanto Paridis amore flagraſſe, ut cùm à Philoctere ſagittis Hercule is confoſſus ad eam ferreretur, ipſa cadaver complexa, fovens vulnera expiraverit, & in Cebria Troadis urbe ſepultos fuiſſe.

PARIS OENONE.

Quæ ſatis apta tibi tã juſtè, nympha querẽti,
Reſcribam, fateor quærere verba manum.
Quærit, nec ſubeunt, ſentit ſua crimina tantum
Solvere quæ ſentit, non ſinit alter amor.
Si levat hic iras, ipſo me judice damnor:
Quid refert? cauſa tu meliore cares.

Damnatumque tibi me sub sua jura Cupido
Retrahit, alterius sic quoque præda sumus.
Prima meis tu pacta toris, fassusq; juventam,
Te primum accepta est conjuge noster amor.
Ad objecta respondet. *Nondum tãtus eram, quo me genitore superbũ*
Arguis, hoc dominus tunc retinendus eram.
Nõ ego Deiphebũ sperabã; aut Hectora fratrem,
Cùm pastos agerem, te comitante, greges.
Reginamq; Hecuben, nisi matris nomine noram,
Et fueras illi digna manere nurus.
Sed non est rationis amor, te consule, nympha,
Læsa es, & læsam scribis amare tamen.
Cumq; petant Satyri connubia, cum tua Panes
Dejecta memores tu tamen usque facis.
Cassandra. *Adde quod hic fatis amor est adjutus, & illum*
Præscia venturi viderat ante soror.
Nondũ Tyndaridos nomen mihi sederat aure,
Nec cecinit Grajos illa vocare viros.
Omnia vera vides, superent mea vulnera tantũ,
Utque tuam supplex poscere cogar opem.
Te penes arbitrium nostra, vitaque, necisque,
Victuri jam nunc pectora sume tibi.
Oenonis verba. *Flevisti, memini, tamen hac in voce canentis,*
Et mala, dixisti, sint precor, ista procul.
Nec si fata ferant, tulerint sic cætera quamvis,
Ut possem Oenone perdere læsa Parim.
Tot superare motus, qui me nec credere cogit,
(Ignoscas) idem te quoq; fallit amor.
Cupidinis potentiam exprimit. *Imperat ille Deus, cum vult in cornua tauri,*
Cùm vult in pennas destruit ille Jovem.
Non foret in terris tanto miranda decore
Tyndaris; heu flammis nata puella meis!

Si

Si sua non cycno mutasset Juppiter ora,
Fluxerat in Danaes aureus antè sinus.
Piniferamque Iden falsus lustraverat ales,
Inter Agenoreas constiteratq; boves,
Victorem Alcidem domina quis pensa tenere
Crederet? at lanas nere coegit amor.
Dicitur, & Coa sedisse in veste puella,
Ille Cleonao tecta leone fuit.
Et memini Phœbū, Oenone (mea crimina dico)
Fugisse, & nostros præposuisse toros.
Non ego præstabam Phœbo, sed tela Cupido:
His in te voluit legibus ire sua.
Consoluere tamen digna tua pellice damna,
Quam tibi pertulimus, nata puella Jove est.
Sed quod nata Jove est, minimū me tangit in illa
Quod non est facies pulchrior ulla, nocet.
Atq; utinam formæ judex incallidus essem,
Creditus Idais Pegasi nimpha jugis.
Non mihi Junonis, nec obesset Pallados era,
Laudata est oculis quod Cytherea meis.
Dividet hæc aliis flammas, celeresque paresque
Ut libitum est, nati temperat ipsa faces.
Non tamen evaluit vitare domestica tela.
Quos aliis arcus, & sibi dura tulit.
Deprensam conjus illam in Mavorte dolebat,
Testibus hic divis cum Jove questus erat.
Jam dolet, & mavors, terras ultroq; reliquit,
Pratulit anchisen hinc abitura suum.
Anchisen propter voluit formosa videri,
Visaq; post latam jacuit ulta Deam.
Quid mirum est potuisse Pari succurrere amori,
Immunis sub quo non fuit ipse Paris?

Danaes Arcisii filia à Jove sub specie imbris aurei gravida Perseum peperit

Cleone mediocre oppidum, hinc Cleoneus leo qui & Nemeus dicitur

Venus in adulterio deprehensa cū Marte.

Ex Hecate Oceani filia Phœbus genuit.

Quam

Quam læsus Menelaus amat, non læsus amavi,
Adjice non læso quod comes ipsa fuit.
Et magnos video cogi mihi rapta tumultus,
Armataq; petunt Pergama mille rates.
Non vereor, belli ne non sit causa probanda:
Est illi facies digna movere duces.
Si mihi nulla fides, armatos respice Atridas:
Quam sibi sic repetunt, sic metuenda mihi est.
Quod si vertenda spem mentis concipis hujus,
Cur cessant herbæ? carmine curve tua?
Cùm te nec Phœbi solertior artibus ulla est,
Phœbeaq; Hecates somnia vera vides.
Tecum sideribus, tecum deducere Lunam,
Nubibus, & memini surripuisse diem.
Pascebam tauros, interque armenta leones,
Obstupui placidos vocibus ire tuis.
Quid retrò Xanthum, retrò Simoenta vocatum?
Ad jiciam cursus non tenuisse suos?
Ipse pater, ceu rem natæ malè tutus haberet,
Cantatas quoties restitit inter aquas.
Nunc locus Oenone est, nunc illas tende, paravit
Sive tuos ignes pellere, sive meos.

P. OVIDII NASONIS

In quendam quem vocat Ibin, Diræ.

ARGUMENTUM.

ANNUM agens Naso quinquagesimum, ab Augusto Imperatore in Pontium relegatus est. Cujus quidem exilii causa non facile deprehendi potest, cum

cùm & ipse multis in locis quodam carminis involucro diversam Interpretibus conjecturam afferat. Satis tamen constat duas fuisse causas, quarum alteram ubique fatetur, alteram verò, ne Augustum offensiorem reddat, semper subticet. Sic enim ait 2. Trist.

Perdiderint cùm me duo crimina, crimen, & error;
Alterius facti causa silenda mihi.

Persepè itaque libros de Arte amandi composuisse dolet, quod propterea Augusto odio esse cœperit, & aliquid vidisse per errorem, ut ob id in Scythiam perpulsus fuerit; sic enim scribit in 2. de Ponto:

Neve roges, quæ sit stultam quam scripsimus artem,
Innocuas nobis hæc vetat esse manus.
Et quid præterea peccavi, quærere noli,
Ut patet sola culpa sub arte mea.

Et paulò post:

Naso parum prudens artem dum scribit amandi,
Doctrinæ pretium triste magister habet.

Hoc idem ait in 3. ad Amorem, & in 4. ad Carum. Item in 1 de Tristibus:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita causa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda suis canibus non minùs illa fuit.

Verùm si quis hæc curiosiùs scire affectar, ejus & de Tristibus, & de Ponto libros legat. Dùm autem exularet, inter reliqua sua opera, invectivam in quemdam edidit, quem proprio nomine suppresso, Ibin appellat, sicut Callimachus, qui etiam sub hoc nomine Apollonium Rhodium, cujus discipulum diris imprecationibus devovit. De Ibi autem ita scribit Plin. lib. 8. cap. 32 Simile quiddam, & volucris in eadam Ægypto monstravit, quæ vocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partem se proluens, qua reddi ciborum onera maximè salubre est. Herodotus verò duplicem esse dicit, alteram nigram, alteram Ciconiæ non absimilem sed tamen diversam. De hac etiam Cicer. lib. 2. de Nat. Deor. sic ait: Ibis maximam vim serpen-

tum

tum conficiunt, cùm sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceroque rostro, avertunt pestem ab Ægypto, cùm volucres angues ex vastitate Lybiæ vanto Africo invectas, interficiunt, atque consumunt, ex quo fit, ut illæ vivæ nec morsu noceant, nec odore mortuæ; Hæc ille: Cùm itaque tanta sit huius avis spurcitas, ut proprio ore ventrem purget, Callimacus adversarium tamquam fædissimum, ut hominem nullius decoris, & commendationis significet, hoc nomine vocitavit, ad cuius imitationem Ovidius inimicum quoque suum Ibin nominavit. Causam autem huiusce maledicentiæ hanc fuisse ipsemet aperit; sollicitabat Poetæ uxorem, & linguæ venena Augusti auribus susurrabat, ut diutius illum in exilio remoraretur.

IN IBIN.

TEmpus adhuc, lustris mihi jãbis quinq; peręę
Omne fuit musa carmen inter me meæ(ctis.
Nullaq; quæ possit, scriptis tot millibus extat,
Littera Nasonis sanguinolenta legi.
Nec quenquam nostri, nisi me læsere libelli,
Artificis periit cùm caput arte sua.
Unus, (& hoc ipsũ est injuriam agna) perennem
Candoris titulum non sinit esse mei.
Quisquis is est, (nã nomen adhuc utcnmq: tacebo)
Cogit in assuetas sumere tela manus.
Ille relegatum gelidôs Aquilonis ad ortus,
Non sinit exilio delituisse meo.
Vulneraq; immitis requiem quærentia vexat,
Jactat & in toto nomina nostra foro.
Perpetuoque mihi sociatam fœdere lecti,
Non patitur miseri funera flere viri.
Cumq, ego quassa mea cõplectar membra carina,
Naufragii tabulas pugnat habere mei.

Tabulas, id est extremas divitias.

Et

Et qui debuerant subitas extinguere flammas, Translatio & domorum incendio.
Is prædam medio raptor ab igne petit.
Nititur, ut profugæ desinit alimenta senectæ:
Heu quanto est nostris dignior ille malis!
Di melius quorum longè mihi maximus ille
Qui nostras inopes noluit esse vias.
Huic igitur meritas grates, ubicunq; licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.
Audiet hæc Pontus, faciet quoq; forsitan idem:
Terra sit ut proprior testificanda mihi.
At tibi calcasti, qui me violente jacentem,
Quam licèt & misero, debitus hostis ero.
Desinet esse priùs contrarius ignibus humor,
Junctaque cum Luna lumina Solis erunt.
Parsq; eadem cœli Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Eurus.
Et nova fraterno venit concordia fumo,
Quam vetus accensa separat ira pyra.
Et Ver Autumno, bruma miscebitur Æstas, Ætheoclem, & Polinicem Oedipi Reg. Thebarum filios intelligit.
Atque eadem regio vesper, & ortus erit.
Quam mihi sit tecū positis, quæsumsimus armis
Gratiam commissis improbe rupta tuis.
Quam dolor hic nunquā spatio evanescere possit,
Leniat, aut odium tempus, & hora meum.
Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,
Cum pecore infirmo, quæ solet esse lupis.
Prima quidem cœpto committam prælia versu,
Non soleant quamvis hoc pede bella geri.
Utque petit primo plenum flaventis arena,
Nondum calfacti velitis hasta solum.
Sic ego te fero nondum jaculabor acuto,
Protinùs invisum nec petet hasta caput.

Sit

Archilohus, Lycamben ob filiam Neobolem sibi denegatam ad laqueum compulit.

Sit neq; nomen in hoc, nec dicam facta libello;
Teque brevi, qui sis, dissimulare sinam.
Postmodò si perges, in te mihi liber Jambus
Tincta Lycambao sanguine tela dabit.
Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,
Hoc ego devoveo teque, tuosque modo.

Bunitriades Callimach. à Bato genus trahens.

Utque ille historiis involvam carmina cacis,
Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatus in Ibide, dicar
Oblitus moris, judiciique mei.
Et quoniam, qui sis, nondum quarentibus edo:
Ibidis interea tu quoque nomen habe.
Utq; mei versus aliquantum noctis habebunt
Sic vita series tota sit atra tua.
Hac tibi natali facito, Janiq; Kalendis
Non mentituro quilibet ore legat.

Deorum invocatione imprecationes confirmat.

Di maris, & terra quiq; his meliora tenetis,
Inter diversos cum Jove regna polos.
Huc precor, huc vestras omnes advertite mẽtes,
Et finite optatis pondus inesse meis.
Ipsaq; tu Tellus, ipsum cum fluctibus aquor,
Ipse meas ather accipe summe preces.

Rex Parex Herebi, & noctis filix.

Sideraque, & radiis circundata Solis imago,
Lunaq; qua nunquam quo priùs orbe micas.
Noxq; tenebrarum specie reverenda tuarum,
Quaq; ratum triplici pollice netis opus.

Styx.

Quiqne per infernas horrendo murmure valles,
Imperjurata laboris amnis aqua.

Furias intelligit Acherõtis, & Noctis filias.

Quasque ferunt torto vittatis angue capillis,
Carceris obscuras ante sedere fores.
Vos quoq; plebs Superum Fauni, Satyriq; Laresq;
Fluminaq; & Nympha, Semideumq; genus.

De-

Deniq;ab antiquo divi,veteresq;noviq;
In nostrum cuncti tempus adeste chao.
Carmina dum capiti malefido dira canuntur,
Et peragunt partes ira dolorque suas.
Annuite optatis omnes ex ordine nostris,
Et pars sit voti nulla caduca mei.
Queq;precor fiant,ut non mea dicta,sed ille
Pasiphaës generi verba fuisse putet.
Quasq;ego transiero pœnas,patiatur,& illas,
Plenius ingenio sit miser ille meo.
Neve minùs noceant fictum execrantia nomen
Vota,minùs magnus,commoveantve Deos.
Illum ego devoveo,quem mens intelligit,Ibin,
Qui scit se factis has meruisse preces
Nulla mora est in me,peragã rata vota sacerdos;
Quisquis ades sacris ore favete meis.
Quisquis ades sacris,lugubria dicite verba,
Et fletu madidis Ibin adite genis.
Omnibusq;malis,pedibusq;occurrite lævis,
Et nigra vestes corpora vestra tegant.
Tu quoq;quid dubitas ferales sumere vittas?
Jam stat(ut ipse vides) funeris ara tui.
Pompa parata tibi est, votis mora tristibus absit,
Da jugulum cultris hostia dira meis.
Terra tibi fruges,amnis tibi deneget undas,
Denegat afflatus ventus,& aura suos.
Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe,
Destituant oculos sidera clara tuos.
Nec se Vulcanus, nec se tibi prãbeat aer,
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter,
Exul,inops erres,alienaq;limina lustres,
Exiguumq;petas ore tremente cibum.

Theseum significat, qui à Neptuno petiit, ut Hippolytum interimeret.

Vulcanus pro igne,cui præest.

Nec

Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore,
Noxq; die gravior sit tibi, nocte dies.
Sisq; miser semper, nec sis miserabilis ulli,
Gaudent adversis fœmina; virq; tuis.
Accedat lacrymis odium, dignusq; puteris,
Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.
Sitq; (quod est rarum) solito defecta favere,
Fortunæ facies invidiosa tua.
Causaq; non desit, desit tibi copia mortis.
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusq; diù cruciatus spiritus artus
Deserat, & longa torqueat ante mora.
Evenient, dedit ipse mihi modo signa futuri
Phœbus, & à læva mœsta volavit avis.
Certè ego quæ voveo, Superos motura putabo,
Speq; tui mortis perfide semper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim,
Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.
Et priùs hanc animam nimiùm tibi sæpe petitã
Auferet illa dies, quæ mihi sera venit.
Quam dolor hic unquam spatio evanescere possit
Leniat aut odium tempus, & hora meum.
Pugnabunt jaculis dum Thraces, Jazyges arcu,
Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit.
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
Dũ Tyberis liquidas Thuscus habebit aquas.
Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras,
Sæva sed immanis manibus arma dabo.
Tunc quoq; cum fuero vacuas dilapsus in auras,
Exanimis manes oderit umbra tuos. (rum,
Tunc quoq; factorum veniã memor umbra tuo-
Insequar: & vultus ossea forma tuos.

Thraces populi ferocissimi inter partes Scyth. juxtà Maced. habentes In. str. à Septentrione Pontũ ab Oriente, & Mare Ægeum à Meridie. Scythiæ, qui & Dan. Ister fluvius Scybius dicitur. Tyberis per Thusciam fluẽs Romã diluit.

Sive

Sive ego quod nollē longis consumptus ab annis,
Sive manu facta morte solutus ero.
Sive per immensas jactabor naufragus undas,
Nostraq; longinquus viscera piscis edet.
Sive peregrinæ carpent mea membra volucres;
Sive meo tingent sanguine rostra lupi.
Sive aliquis dignatus erit supponere terra,
Et dare plebejo corpus inane rogo.
Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.
Me vigilas cernes, tacitis ego noctis in umbris
Excutiam somnos visus adesse tuos
Denin; quidquid ages, ante os, oculosq; volabo,
Et querar, & nulla sede, quietus eris.
Verbera* seva dabunt sonitum, nexaq; colubris — torta
Conscia fundabunt semper ad ora faces. — Furiæ intortos anguibus crines habēt
His vivus furiis agitabere, mortuus iisdem:
Et brevior pœna vita futura tua est.
Nec tibi continget fumus, lacrymaq; tuorum,
Indeploratum projiciere caput.
Carnificisq; manu, populo plaudente, traheris:
Infixusque tuis ossibus uncus erit.
Ipsa te fugient, quæ carpunt omnia, flamma,
Respuet in visum justa cadaver humus.
Unguibus, & rostro tardus trahet ilia vultur,
Et scindent avidi perfida corda canes.
Deque tuo fiet (licèt hac sis laude superbos)
Insatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elysiis diversa fugabere campis,
Quasq; tenet sedes noxia turba, coles.
Sisyphus est illic, saxum volvensq; petensq; — Ixion' Rex Thessaliæ.
Quiq; agitur rapide vinctus ab orbe rota.

Tantulus.

Quaq; gerũt humeris parituras Belides undas,
Exulis Ægypti turba cruenta nurus.
Poma pater Pelopis presentia querit, & idem,
Semper eget liquidis, semper abundat aquis.

Titius magnus Jovis filius renascenti jecore vulturam pascit Tisiphone.

Jugeribusq; novem summus qui distat ab imo,
Visceraq; assiduo debita prebetuvi.
Sic tibi de furiis scindat latus una flagello,
Ut sceleris numeros confiteare tui.
Altera Tartareis sectos dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquet igne genas.

Mægera.

Noxia mille modis lacerabitur umbra, tuasque
Æacus in pœnas ingeniosus erit.

Æacus pœnarum executor.

In te transcribet veterum tormenta virorum,
Manibus antiquis causa quietis eris.

Ad Sisyphũ apostrophat.

Sisyphe, cui tradas revolubile pondus habebis,
Versabunt celeres nunc nova membra rote.
Hic erit & ramos frustra qui captet, & undas;
Hic inconsumto viscere pascet aves.
Nec mortis pœnas mors altera finiet hujus,
Horuq; erit tantis ultima nulla malis.

Hybia mons & regio ciliciæ florum copia insignis.

Inde ego pauca canam, frondes ut si quis ab Ida,
Et summam Lybico de mare carpat aquam.
Nam neq; quot flores Sicula nascũtur in Hybla,

Crocus magna ubertate in Cilicia nascitur.

Quotve ferat, dicam, terra Cilissa crocos.
Nec dum tristis hyems Aquilonis inhorruit alis,
Quam multa fiat grandine canus Athos.

Athos mons inter Macedoniam, & Thraciam. assiduo grandine pulsatus.

Nec mala voce mea poterunt tua cũcta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi va misero venient talesq; ruina,
Ut cogi in lacrimas me quoq; posse putem.
Illa me lagrime facient sine fine beatum:
Dulcior hic risu, tunc mihi fletus erit.

Na-

Natus es infelix, ita Di voluere, nec ulla
Commoda nascenti stella, levisve fuit.
Non Venus affulsit, non illa Juppiter hora,
Lunaque non apto, Solve fuere loco.
Nec satis utiliter posito tibi prabuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maja Jovi.
Te fera nequicquam placidum spondētia Mar-
Sidera presserunt, falciferiqae senis. (tis
Lux quoq; natalis (ne quid, nisi triste, videres
Turpis, & inductis nubibus atra fuit.
Hac est in fastis, cui dat gravis Allia nomen,
Quaeque dies Ibin publica damna tulit.
Qui simul impura matris prolapsus ab alvo est,
Cynipheam fœda corpore pressit humum.
Sedit in adverso nocturnus culmine bubo,
Funereoque graves edidit ore sonos.
Protinus Eumenides lavere palustribus undis,
Qua cava de Stygiis fluxerat unda vadis.
Pectoraque unxerunt Erebea felle colubra,
Terque cruentatas increpuere manus.
Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino,
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde sua rabiem nutricis alumnus,
Latrat, & in toto verba canina foro.
Membraq; vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A male deserto, quos rapuere rogo.
Et, ne non fultum nuda tellure jaceret,
Molle super silices imposuere caput.
Jamque recessura viridi de stipite factas,
Admorunt oculis usque sub ora faces.
Flebat, ut est fumis infans contactus amaris,
De tribus est, cùm sic una locuta soror.

Mercurius, Saturnus falcifer.

Allia est fluvius non lōge à Roma oriens, apud quem Rom. exercitus à Galliis Sevonibus deletur, est hinc Alliēsis dies.

Fasti libri, quibus anni descriptio continetur.

Cympa fluv. in Lybia hircis abundās.

Chlysippus disputabat mores infantia formari à lacte nutricis & ob hoc cēsebat menicem doctam esse dandam infanti futuro Oratori.

Faces virides infelices ere debātur propter fumum.
Una parcarum ad Ibin.
Telephus à cerva nutritus ab Achille inermi est vulneratus.
Bellerophon filius Glauci cum Pegaso equo in cœlum velle evolare decidit, qui multos labores prius tollera verat ob Sce nobeam Prœti uxorem ab eo spretam.
Phœnix Amyntoris filius.
Oedip. Laii, & Iocast. fil. Antig. filiam habuit.
Phineus Argonautas monuit, ut colūbam à Pallade datam sequerentur.
Telemus va-

Tēpus in immensū lacrymas tibi movimus istas
Quæ semper causa sufficiente cadent.
Dixerat, & Clotho jussit promissa valere,
Nevit, & infesta stamina pulla manu.
Et ne longa suo præsagia diceret ore,
Fata canet vates, qui tua, dixit, erit.
Ille ego sum vates, ex me tua vulnera disces,
Dent modò Di vires in mea verba suas.
Carminibusque meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experiere tuos.
Neve sine exemplis ævi cruciere prioris.
Sint tua Trojanis non leviora malis.
Quantaque clavigeri Pœantius Herculis heres,
Tanta venenato vulnere crure geras.
Nec levius doleas, quam qui bibit ubera cervæ,
Armatusque tulit vulnus inerme potens.
Quique ab equo præceps alienis decidet arvis,
Exitio facies cui sua penè fuit.
Id quod Amyntorides videas, tepidusq; ministro,
Prætentes baculo luminis orbus iter.
Nec plus aspicias, quam quem sua filia rexit,
Expertus scelus est cujus uterque parens.
Qualis erat, postquam est Judex de lite jocosa,
Sumptus Apollinea clarus in arte senex.
Qualis, & ipse fuit, quo præcipiente columba
Est data Palladia prævia, duxque rati.
Quiq; oculos caruit, per quos malè viderat aurum,
Inferias nato, quos dedit orba parens.
Pastor ut Ætnæus, cui casus ante futuros
Telemus Eurymides vaticinatus erat.
Et duo Phyneida, quibus idem lumen ademit,
Qui dedit & Thamira, Demodocique caput.

Sic

Sic aliquis tua membra secet, Saturnus ut illas
Subsecuit partes, unde creatus erat.
Nec tibi sit tumidis melior Neptunus in undis,
Quam cui sunt subite frater, & uxor aves.
Solertique viro, lacera quem fracta tenentem,
Membra ratis Semeles est miserata soror.
Vel tua ne pœna genus hoc cognoverit unus,
Viscera diversis scissa ferantur equis.
Vel qua, qui redimi Romanos turpe putavit,
A duce Puniceo pertulit, ipse feras.
Nec tibi subsidio sit præsens numen, ut illi
Cui nihil Hercæi profuit ara Jovis.
Utque dedit saltus è summo Thesalus Ossa,
Tu quoque saxoso præcipitere jugo.
Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,
Sint artus avidis anguibus esca tui.
Vel tua maturet, sicut Minoia fata,
Per caput infusæ fervidus humor aquæ.
Utq; parum mitis, sed non impune Promotheus
Aereas volucres sanguine fixus alas.
Aut velut Ethracides magno ter ab Hercule quintus
Cæsus in immensum projiciare fretum.
Aut ut Amantidem turpi dilectus amore
Oderit, & sævo vulneret ense puer.
Nec tibi fida magis misceri procula possint,
Quam qui cornigero de Jove natus erat.
Morte vel intereas capti suspensus Achæi,
Qui miser aurifera reste pependit aqua.
Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum
Opprimat hostili tegula jacta manu.
Nec tua, quam Pyrrhi, felicius essa quiescant,
Sparsa per Ambracias, qua jacuere vias.

tes Poliphemo prædixit aliquādo futurum, ut ab Ulysse cæcaretur.
Alciō, Ceys. Dedalion.
Ino Ulyss naufragio miserata velutas dedit, quo tutius enataret
Eurialus advena Thessalum præcipitavit
Minos in Thermis Cocali regis Siciliæ extinctus est, dum Dædalum insequeretur.
Satillus Amātii filius à Celivo puero occisus.
Alexander Jovis Hammonis filius habere voluit, à solo pincerna veneno interēptus.
Achæus Lydiæ Rex,

Ambracia. *Nateq;ut Æacida jaculis moriaris adactis;*
Cantharides *Non licet hoc Cereri dissimulare nefas.*
vermes terrestres. *Utque nepos dicti nostro modò carmine regis,*
Cant haridum succos, dante parente bibas.
Oxilochus Leoci frater. *Aut pia te caso dicatur adultera, sicut*
Quæ cecidit Leucon vindice dicta pia est.
Cambyses Rex Persarũ ad Templũ Jovis misit exercitum, qui arena obrutus est. *Inque pyram tecum carissima corpora mittat,*
Quem finem vita Sardanapalus habet.
Utq; Jovis Libyci templum violare parentes,
Acta Noto vultus condat arena tuos.
Darius Pers. Rex cives in congeriẽ cinerum obruebat. *Utque necatorum Darai fraude secundi,*
Sic tua succendens devoret ora cinis.
Aut ut olivifera quondam Sicyone profecto,
Sit frigus mortis causa, famesque tua.
Neocles à Sicyone urbe Achaiæ ob crudelitatẽ pulsus. *Aut ut Acharnides insutus pelle juvenci,*
Turpiter ad dominum prædaferare tuum.
Inque tuo thalamo juguleris more Pheræi,
Qui datus est letho conjugis ense sua.
Quosque putas fidos, ut Larissæus alebas,
Vulnere non fidos, experiare tuo.
Getymas Acarni filius Alexander Phereus Milo Pisanus a suis project. in Alph fluv. *Utque Milo sub quo cruciata est Pisa tyranno,*
Vivus in occultas præcipiteris aquas.
Quæq; in Adimantum Phylesia regna tenentẽ,
A Jove venerunt, te quoque tela petant.
Dionys. Len. pulsus à Mitridat. aufugit in Achilleos. *Aut ut Amastriacis quondam Lenæus ab oris,*
Nudus Achillea destituaris humo.
Utque vel Eutidamas ter circũ busta Thrasylli
Est Larissæis raptus ab hoste rotis.
Vel qui, quæ fuerat tutatus mœnia sæpe,
Corpore lustravit non diuturna suo.
Dromon locum, quem cursũ Achil. *Utq; novũ passa est genus Hippomeneide pœna,*
Tractus, & Astraa fertur adulter humo.

Sic

Sic ubi vita tuos in vita reliquerit artus,
Ultores rapiant turpe cadaver equi.
Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim
Fixa sub Euboico Graja fuere sinu.
Utq; ferox periit, & fulmine, & æquore raptor,
Sic te mersuras adjuvet ignis aquas.
Mens quoq; sic furiis vecors agitetur ut illi
Unum qui toto corpore vulnus habet.
Utque Dryantiadæ Rhodopeja regna tenenti,
In gemino dispar cui pede cultus erat.
Ut fuit Oetæo quondam generoque draconum,
Thysamenique patri, Callignesque viro.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.
Queq; sui Venerem junxit cum fratre mariti
Locris in ancilla dissimulata necem.
Tam quoque Di faciant possis gaudere fideli
Conjuge, quam Talai, Tyndareique gener.
Quæque parere suis letum patruelibus ausæ,
Belides assidua colla premuntur aqua.
Biblidos, & Canaces: sicut facit, ardeat igne,
Nec nisi per crimen sit tibi fida soror.
Filia si fuerit, sit quod Pelopeja Thyesti,
Myrrha suo patri, Nictime neque suo.
Filia neve magis capiti sit fida parentis,
Quam tua vel Pierela, vel tua Nise fuit.
Infamemque locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.
Ut juvenes pereas, projecta cadavera quorum
Oraque Pisææ sustinuere fores.
Ut qui perfusam miserorum cæde procorum
Ipse suo melius sanguine tinxit humum.

vocant, ubi à suis derelictus periit Hector.
Hippomen. in adulterio deprehensa, ab aquis absorpat, & ejus adulter laceratus,
Aiax Oleus.
Marsyas ab Apolline excoriatus.
Lycur. Dryã. filius volens putare vites, incidit crura
Her. Oeteus.
Orestes Thisamen. fil. ũ habuit, aliàs Calligon cujus vir Aiax.
Hypermn. ut se adulterii hostẽ ostenderet. Locr. occidit.
Pelopeia cũ patre Thyeste nescien cõnubiũ ut Myrrha cum Cynira, & Nict. cum Nectro.
Polyd. Ptere la patrẽ per-

Proditor ut sævi, periitque auriga tyranni,
Qui nova Mirtoæ nomina fecit aquæ.
Ut qui velocem frustra petiere puellam,
Dum facta est pomis tardior illa tribus.
Ut qui tecta novi formam celantia monstri
Intrarunt cæcæ non redeunda domus.
Ut quorum Æacides misit violentus in altum,
Corpora dum senis altera sena rogum.
Ut quos obscuris victos ambagibus oris,
Legimus infandæ Sphynga dedisse neci.
Ut qui Bistoniæ templo cecidere Minervæ,
Propter quod facies nunc quoq; forta Deæ est.
Ut qui Threicii quondam præsepia Regis,
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.
Therodamantheos ut qui sensere leones,
Quique Thoantea Taurica sacra Deæ.
Ut quos Scylla vorax, Scyllæq; adversa Charybdis,
Dulichiæ pavidos eripuere rati.
Ut quos demisit vastam Polyphemus in alvum,
Ut Læstrygonias, qui subiere manus.
Ut quos dux Pœnus mersit putealibus undis,
Et jacto canas pulvere fecit aquas.
Et velut Icaridos famulæ periere, porcique,
Inque caput domini, qui dabit arma procis.
Ut jacet Aonio luctator ab hospite fusus,
Qui, mirum, victor, cum cecidisset; erat.
Ut quos Antæi fortes pressere lacerti,
Quosque fera morti Lemnia turba dedit.
Ut qui post longum sacri monstrator iniqui,
Elicuit pluvias victima cæsus aquas,
Frater ut Antæi, quo sanguine debuit aras
Tinxit, & exemplis occidit ille suis.

Ut

didit, sicut Scylla Nisū. Tullia Tar. quin. Priscū patrem occidit. Hippodamia per eos occidit Onomaus Myrtillus. Atlanta. Labyrinthū dicit. Achilles in rogum. Patrocli 12. Trojanos in jecit. Sphyngis monstri enigma. Leviaci parricide ex lege occidebantur. Therodam. sanguine humano leones alebat. Antiphar. Lestrygon rex. Carthaginē duce Amilcare Achatan. Senat. per inducias fidē tē puteis immerserunt.

Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano viscere pavit equos.
Ut duo diversis sub eodem vindice caesi
Temporibus, Nessus, Dissimanique gener.
Ut pronepos, Neptune, tuus, quem reddere vitã
Ipse Coronides vidit ab urbe sua.
Ut Scynis, & Scyron, & cũ Polyphemone natus,
Quiq; homo parte sui, parte juvencus erat.
Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in auras
Æquoris aspectes hujus, & hujus aquas.
Quaq; Ceres videt laeto pereuntia vultu:
Corpora Thesea Certonea manu.
Hac tibi quẽ precibus justis mea devovet ira,
Eveniant, aut his non leviora malis.
Qualis Achemenides Sicula desertus in ora,
Troica cùm vidit vela venire, fuit.
Et qualis nec non fortuna binominis Iri,
Quique tenent pontem, qui tibi major erit.
Filius ut Cereris frustra tibi semper ametur,
Destituatque tuas usque petitus opes.
Utque per alternos unda labente recursus,
Subtrahitur presso mollis arena pede;
Sic tua nescio qua semper fortuna liquescat,
Lapsaque per medias effluat usq; manus,
Utque pater solitae varias mutare figeras,
Plenus in extincta conficiare fame.
Nec dapis humanae tibi erunt fastidia, quaque
Parte potes Tydeus temporis hujus eris.
Atque aliquid facias à vespere Solis ad ortus:
Cur eternati rursus agantur equi.
Faeda Lycaonia repetes convivia mensa,
Tentabisque tibi fallere fraude Jovem.

humana pluvias impetrari posse à leve, sed prius occisus est. pygmalion. Diomedes. Eurius dissimani gener. Hyppolytus. Æscul. procrupes Scyrõ in Isthmo habitans. Achæmenides ab Ulys. derelictus opẽ Æneæ in Siciliã veniẽtis imploravit Irus olim Arn. est vocatus Mendici ad pontes permanebãt Platonẽ intelligit, quẽ qui amabat dives efficiebatur Erfict. f me cõpulsus fil. ã Driopedia sub variis figuris vendidit. Tydeus Menalyppi càput cosit.

Te-

Teq; aliquis posito, tentet vim numinis, opto;
Tantalidos tu sis, tu Tereique puer.
Et tua sic latos spargantur membra per agros,
Tanquam quæ patrias detinuere vias.
Ære Perillæo veros imitere juvencos,
Ad formam tauri conveniente sono.
Utq; ferox Phalaris lingua prius ense resecta,
More bovis Paphio clausus in ære gemas.
Dumque redire voles ævi melioris in annos,
Ut vetus Admeti decipiare socer.
Atq; eques in medii mergare voragine cœni,
Dummodo sint facti nomina nulla tui:
Atq; utinam pereas, veluti de dentibus orti
Sidonia jactis Graja per arva manu.
Et quæ Pentheides fecit, fraterque Medusæ,
Eveniant capiti vota sinistra tuo.
Et quibus exiguo est volucris devota libello,
Corpora projecta, quæ sua purgat aqua.
Vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse,
Cujus ab inferiis cultor abesse solet.
Attonitusque seces, ut quos Cybeleja mater
Incitat ad Phrygios vilia membra modos.
Deq; viro fias, nec fœmina, nec vir, ut Atys,
Et quatias molli tympana rauca manu.
Inque pecus magnæ subito vertare parentis,
Victor ut est celeri, victaque versa pede.
Solaque Limone pœnam ne senserit illam,
Et tua dente fero viscera carpat equus.
Aut ut Cassandræ dominus, non mitior illo,
Saucius ingesta contumuleris humo.
Aut ut Abantiades, aut ut Lyrnesius heros,
Casus in æquoreas præcipiteris aquas.

Pelopem, & Ityn dicit.
Absyrtus Medeæ frater.
Phalaris Agrigentinus.
Curt. Rom.
Cadm. Sid.
Callimachus Cyreneus dira in Apollonium imprecatus est.
Cybeles concubitum fugiens, genitalia sibi amputavit.
Atlanta, & Hipomen in leones versi sunt, quorũ filia Limon in adulterio deprehẽsa à patris eques laceranda traditur.
Cassãd. Macedonius in suos nimis sęviẽs vivus deboditur.
Teleph. Lyrnesio perfuit ab Ail. occisus abdera urbs Tracię ubi

Vi-

Victima vel Phœbo sacras macteris ad aras,
Quam tulit à sævo Theudotus hoste necem.
Aut te devoveat certis Abdera diebus,
Saxaque devotum grandine plura petant.
Aut Jovis infesti telos feriare trifulco,
Ut satus Hippomeno, Dositheosque pater.*
Ut soror Autonoes, ut cui matertera Maja est,
Et temere optatos qui male rexit equos.
Ut ferus Aeolides, ut sanguine natus eodem,
Quo genita est liquidis quę caret Arctos aquis
Ut Macedō icta est rapidis cum conjuge flāmis
Sic precor atherei vindicis igne cadas.
Prædaque sis illis, quibus est Latonia Delos,
Ante diem rapto non adeunda Thraso,
Quiq; verecunda speculantem labra Dianæ,
Quique Crotopiaden diripuere Linum,
Neve venato levius feriaris ab angue,
Quàm senis Oeagri Calliopesque nurus.
Qua puer Hypsipyles, quā qui cava primus acuta
Cuspide suspecti robora fixit equi.
*Neve gradus, *adeas Elpenore cautius altos,*
Vimque feras vini quo tulit ille modo.
Tāq; cadas domitus quā quisquis ad arma vo-
Invit inhumanū Thiodamāta Dryops, cātē
Quàm ferus ipse suo periit mactatus in antro
Proditus inclusæ Cacus ab ore bovis.
Quàm qui dona tulit ferneo tincta veneno.
Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti venias ad Tartara saxo,
Ut qui Socraticum de nęce legit opus.
Ut qui Thesææ fallacia vela carinæ
Vidit, ut Iliaca missus ab arce puer.

post diras imprecationes solebant homines lapidibus obruerūt Salmoneum Aeoli filium Jupiter fulminavit ut Hismen. Lycaonis natum religiosū erat in delo canes alere, a quib⁹ puer Trasus est discerptus Linus Crotopi nepos.

Eurid. uxor Orphei, filia oeagri, & calliopes, serpētis morsu interit Elip. Ulyssis socius apud circē nimio vino per scalas descēdens collum fregit.

Theōbrotus lecto Plat. opere de immortalitate animæ se in mare præcipitavit.

Dedalus Perdicē nepotē

Ut

Ut teneri nutrix eadem materterrea Bacci,
Ut cui causa necis fera reperta fuit.
Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis.
Dixerat invito quæ mala verba deo.
Fata tibi occurrat patrio popularis in arvo,
Sitque Paphagea causa leænæ necis.
Quiq; Lycurgiden letavit, & arbore natum,
Idmonaque audacem, te quoq; rumpat aper.
Isque velexa nimus faciat tibi vulnus, ut illi,
Ora super sævi quem cecidere suis.
Atque idem simili pinus quem morte peremit,
Phrygia venator, sisque Berentiades.
Si tua contigerit Minoas, puppis ad undas,
Te Corciræum Crassia turba petat.
Lapsuramq; domum subeas, ut sanguis Alba
Stella Lycorida cum fuit aqua viro.
Utque vel Evenus torrenti flumine mersus,
Nomina des rapida, vel Tyberinus aqua.
Hyrtacidaque modo defixa cadavera trunco
Digna ferlas hominis sit caput esca tuum.
Quodq; ferũt, Brotean fecisse cupidine mortis,
Des tua succensa membra cremanda pyra.
Inclususque necem cavea patiaris ut ille
Non profectura conditor historia.
Utque repertori nocuit pugnacis Iambi,
Sic sit in exitium lingua proterva tuum.
Utq; parum stabili qui carmine læsit Athenas,
Invisus pereas deficiente cibo.
Utque lyra vates fertur periisse severa,
Causa sit excidii dextera læsa tui.
Utq; Agamenonio vulnus dedit Anguis Oresti,
Tu quoque de morsu virus habente cadas.

Marginal notes: eoquod ferrã invemsséc in vidiose præcipitavit Mars Illicem. Lilii filiam amavit. Phag Ambraciæ rex. Cretẽs in vitionẽ Minois Corcyræos si veSicilienses occidebant. Alcidẽ Alcebe filiã cũ viro Lycoride eadẽ domus oppressit. Euryal filius Myrtaci. protheus qui & Erichthonius Minervæ, & Vulc. filius Chœtilus gestorum Alex. malus script. Aristophanes. Alter Aristophanes. Medilla Eupolis uxor.

Sit tibi conjugii nox prima novissima vitæ,
Eupolis hoc periit, & nova nupta modo:
Utq; cothurnatū periisse Lycophrona narrant
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.
Aut lacer in sylva manibus spargare tuorum,
Sparsus ut est Thebis angue creatus avo.
Perque feros montes, tauro rapiento, traharis,
Ut tracta est conjux imperiosa Lyci.
Quodque suo passa est pellex in vita sorori,
Excidat ante pedes lingua resecta tuos.
Cognitor ut tardæ lasus cognomine Myrrha,
Orbis in innumeris inveniare locis.
Inque tui opifex, vati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus spicula condat apis.
Fixus, & in duris carparis viscera saxis,
Ut cui Pyrrha sui filia fratris erat.
Et puer Hapagidæ referas exempla Thyestæ,
Inque tui cæsus viscera patris eas.
Trunca geras sævo mutilatis partibus ense.
Qualia Myrceni membra fuisse ferunt.
Utque Syracusio præstricta fauce poeta,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ,
Nudave direpta pateant tua viscera pelle,
Ut Phrygii, cujus nomina flumen habet.
Saxificæ videas infelix ora Medusæ,
Cephenum multos, quæ dedita una neci,
Pontiadū morsus sub eas (ut Glaucus) aquarū
Inque mari, salias (Glaucus ut alter) aquas.
Utque duobus idem dictis mihi nomen habenti
Præfocent animæ noxia mella viam.
Sollicitoque bibas Aniti doctissimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.

Lycoph poëta Græcus pētheus ab Agane matre discerptus. Dyrcen Lyc. uxore agresta tauro ligatā filii Antiopes laniaverunt. philomela. Myrra patrē fugiēs in arborem versa est. Achæus, Astiages Medorū rex Harpagi filiū pro epulis patri apposuit quod prius Thyeste contigerat. Theoc. Mars. Pers. ostenso. Medusæ capite Cephenos populos in saxa vertit. primus Glaucus est pōtia civitate. secūdus deus marinus. tertius Cretēsis veneneato melle extinctus Socrates

Nec

Nec tibi si quid amat, fælicius Hæmone cedat.
Utque sua Macareus, sic potiare tua.
Ut videas, quod jã cũ flammæ cuncta tenerent
Hectoreus patria vidit ab urbe puer.
Sanguine probra luas, ut avo genitore creatus,
Per facinus soror est cui sua facta parens,
Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarii quo cecidisse gener.
*Utq; loquax in equo est elisus guttur * acerno,*
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.
Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta;
Iactaque pro solitis frugibus ossa sonent:
Utq; patrem Psamatis condat te Phœbus in ima
Tartara, quod natæ fecerat ipse suæ.
Inq; tuos ea pestis eat, quam dextera Chorœbi
Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.
Utq; nepos Æthræ Veneris moribundus ob irã,
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias ut perdidit hospes alumnũ
Perdat ob exiguas te tuus hospes opes
Utq; ferunt fratres sex cũ Damasichthone cæsos,
Intereat tecum sic genus omne tuum.
Addidit ut fidicen miseris sua funera natis,
Sic tibi sint vitæ tædia justa tuæ.
Utque soror Pelopis saxo dureris oborto,
Et læsus lingua Battus ab ipse sua.
Aera si misso vacuum jaculabere disco,
Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.
Si qua per alternos pulsabitur unda lacertos,
Omnis Abydena sit tibi peior aqua.

Hemo cum filiam. Rhodopem turpiter amaret uterque in mõtẽ sui nominis obduruit. Myrrha ex patris Cinyræ concubitu Adonẽ peperit. Ulyssem dicit à Telegono filio interemptum. *Agenor.* Anaxarchus à suis colonis occisus. Apollo Orchanum Salmacis patrẽ occidit, eo quod Leucothoen filiam ab eo amatã defodisset. Polidorum dici. Damasichthon. Amphionis musici & Niobes filius ab Apolline cũ septẽ fratribus, & sororibus interfectus Battus furtũ Merc. prodedit Hyac. Oebali filius, à Phebo dilectus & per imprudentiam ab eodem in ludo occisus.

Co-

Comicus ut liquidis periit dum nabat in undis,
Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.
Aut ubi ventosum superabis naufragus æquor,
Contacta pereas, ut Palinurus, humo.
Utque Cothurnatum vatem tutela Dianæ,
Dilaniet vigilum te quoque turba canum.
Aut ut Trinacrii salias super ora Gigantis,
Plurima qua flammas Sicanis Ætna vomit.
Diripiantque tuos insanis unguibus artus,
Strymoniæ matres, Orpheon esse rata.
Natus ut Althææ flammis absentibus arsit,
Sic tuus ardescat stipitis igne rogus.
Ut nova Phasiaca compressa est nupta corona,
Utq; pater nuptæ, cumque parente domus.
Ut cruor Herculeos abiit diffusus in artus,
Corpora pestiferum sic tua virus edat.
Qua sua Pentheiden proles est ulta Lycurgum,
Hæc maneat teli te quoque plaga novi.
Utque Milo robur deducere fissile tentes,
Nec possis captas inde referre manus.
Muneribusque tuis lædaris ut Icarus, in quē
Intulit armatas ebria turba manus.
Quodque dolore necis patriæ pia filia fecit,
Vincula per laquei fac quoque guttur eat.
Obstrictusque famem patiaris limine tecti,
Ut legem pœna cui dedit ipsa parens.
Illius exemplo violes simulacra Minervæ,
Aulidis à portu, qui leve vertit iter,
Naupliadaque modo ficto pro crimine pœnas
Morte luas, nec te non meruisse juvet.

Palinurus Æneæ navis magister, cū triduo enatasset, à Veliensibus in littore occisus est.

Euripedes.

Emphedocl. Agrigentin. cupiens immortalitatē potiri, in Ætnam se præcipitavit.

Orpheum Thraces mulieres laniarunt.

Meleager.

Creusa.

Bures Lycur. illius, & Penthei nepos. Bacchi sacerdotes in patris vindictā occidit.

Icarus cum Atticæ colonos vini usū edocuisset, illi inusitato liquore ebrii veneno se potatos existimantes, eum necarunt: quare Erigone ejus filia laqueo vitam finivit.

Etha-

Palamedes Nauphi filius.
Ethalus ab Isidis sacerdote hospite est necatus; quare vetitũ est, ne quis ex ea familia sacerdotium iniret.
Melantheus homicidii reus, matre rei inscia quærentibus est manifestatus.
Nisus Hyrtaci filius, & Eurialus in Rutulorum castra Rhamnetem, & multos alios occiderunt
Iambicus pedẽ significat.

Ethalon ut vita spoliavit Isidius hospes,
Quem memor à sacris nunc quoq; pellit Io.
Utque Melantheum tenebris à cede latentem,
Prodidit officio luminis ipsa parens.
Sic tua conjectis fodiantur corpora telis,
Sic, precor, auxiliis impediare tuis.
Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles
Acta Phrigi timido est, nox tibi talis eat.
Nec tu, quam Rhesus, somnõ meliore fruaris,
Quam comites Rhesi, tu necis ante diem.
Quã quos cũ Rutulo morti Rhamnete dederunt
Impiger Hyrtacides, Hyrtacidaque comes.
Climiadeque modo circumdatus ignibus atris,
Membra feras Stydia semicremata neci.
Utque Remo muros auso transiere recentes,
Noxia sint capiti rustica tela tuo.
Denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas,
His precor ut vivas, & moriare locis.
Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello,
Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca equidem (fateor) sed Dii dent plura rogatis,
Multiplicentque suo vota favore mea.
Postmodo plura leges, & nomen habentia verũ,
Et pede quo debent acria bella geri.

F I N I S.

Non est parerent su[illegible] qui equin ia in [illegible]
[illegible] u [illegible] aut quatuor suorum
equalium nisi sortientur [illegible] aut pauper[illegible]
[illegible] [illegible]que civitatis ita [illegible] eragend[illegible]
est [illegible] cupienti honor[illegible] [illegible] omnium [illegible]
non [illegible] tamen [illegible] mihi uide[illegible] [illegible]
facturi esse [illegible] discipuli qui licet cupiant a[illegible]ipisci
scientiam [illegible] ab [illegible] sapientissimi sue [illegible] neq[illegible]
ex[illegible] quibus ipso[illegible] [illegible] liberam [illegible]
[illegible] qua solus [illegible] su [illegible] inter suos eq[illegible]
ac [illegible] odio [illegible]

G.go

Agnello Salvator

Salerno

Cava

Fra Fart

del

MOVI

Duoi che io non

Lancalo





